


to successerat. Si nec is dissoluisset Deo, cuius  
festum erat, dicabatur.

*Multos hinc flores & fructus collige, Lector,  
Qui mentem instituant letitiaque beent.*

Ad maiorem Dei gloriam.

FINIS.



MENSÆ THEOLOPHILOSOPHICÆ  
PARS ALTERA,

*sive*

ALCEDONIN

STUDIOSORVM,

HOC EST,

MILLE PAR-

TIM THEOLOGICA, PARTIM

PHILOSOPHICA EROTEMATA,

*varietate & ubertate, cum ad multa alia, tunc  
ad unum laxamentum admodum appo-  
sita, nec non per centum Logos com-  
munes deposita.*

Studio & industria

MATTHÆI TYMPII

Theologi.

*Plutarchus de educ. lib.*

*Ἡμῶν δὲ τὸ ἐπιμαρτυρεῖται ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ  
διήγηται. Tota nostra vita diuina est in  
remissionem (respirationem seu or-  
um) & serium studium & laborem.*

MONASTERII VESTPHALIENSIS,

Typo Viduae Lamberti Ratsfeldii, 1712.

go successerat. Si nec is dissoluisset Deo, cuius  
festum erat, dicabatur.

*Multos hinc flores & fructus collige, Lector,  
Qui mentem instituant Latinaeque beent.*

Ad maiorem Dei gloriam.

FINIS.



MENSÆ THEOLOPHILOSOPHICÆ  
PARS ALTERA,

*sive*

ALCEDONIA  
STVDIOSORVM,  
HOC EST,

MILLE PARTIM  
THEOLOGICA, PARTIM  
PHILOSOPHICA EROTEMATA,  
*varietate & ubertate, cum ad multa alia, tunc  
ad animi laxamentum admodum appo-  
sita, nec non per centum Locos com-  
munes deposita.*


Studio & industria

MATTHÆI TYMPII  
Theologi.

*Plutarchus de educ. lib.*

*Ἡ αἰς ὁ βίος ἐμῶν ἐστὶ ἀνεπισημὸς καὶ ἀσπουδῆτος  
διήγητος. Tota nostra vita diuisa est in  
remissionem (respirationem seu otium  
& serium studium & laborem.*

MONASTERII VVESTPHALIAE,  
Typis Viduae Lamberti Ratsfeldij, 1612.



SCOPVS FRVCTVS, ET  
*utilitas huius libri.*



Lurimum conducit le-  
ctio harum quaestionum  
cum ad multa alia, tum  
ad melancholix humo-  
res dissipandos, arcen-  
dumque tedium, & ad otiosas ine-  
ptasq; confabulationes impedi-  
das. Auidè igitur eas legant, qui vel  
serie lectionis vel grauiorum occu-  
pationum pertasi, delictum potius  
aliquod, quam solidiorem cibum,  
orexi prostrata, desiderant, vt per  
modum recreationis vtilisque at-  
que honestè voluptatis ansam in  
melius proficiendi habeant, & sua-  
ui quasi funiculo ad omnium vir-  
tutum exercitium & fugam vitio-  
rum adducantur. Ne vel momen-

tum tam pretiosi temporis absque  
fructu dispareat studiosis, lectione  
horum locorum cōmunium ho-  
nestè & licitè & vtiliter se reficiant  
(remisso velut arcu) animum rela-  
xent: eo fine, vt vitia detestentur,  
& in ardentiorē virtutum amo-  
rem rapiantur. Nouimus S. Augu-  
stinam referre (lib. 8. confess. c. 12.)  
non solum quomodo ipsemet per  
libri sacri apertionem & lectionem  
ex hareseos tenebris & coenoso vi-  
torum lacu sit ereptus & Ecclesia  
micanti coronę insertus; sed etiam  
(ca. 6. eiusdem libri) quomodo in  
specto libro vite S. Antonij duo cu-  
riales stupendum in modum sint  
cōuersi. Nouimus & Euangelistam  
Lucam in Actis Apostolorum nar-  
rare (ca. 8.) quomodo Aethiops oc-  
casionē scripturę sacrę quam for-  
tè legebat, mutauerit pellem suam,  
hoc

hoc est, illuminatus conuersus &  
baptizatus sit. Adhęc quemadmo-  
dū qui multa interrogat, magnum  
de se specimen præbet multæ eru-  
ditionis saltem acquirendæ. (non  
exiguum enim est initium sapien-  
tiæ, ignorantiam suam agnoscere  
& prudenter humiliterque inter-  
rogare ac doceri velle) ita qui nihil  
interrogat nihil scit. Studiosi igitur  
qui ad laborem non sunt clau-  
di, seu in officio suo non claudicāt,  
legēdo hæc erotemata discant mo-  
dum interrogādi ea quæ ignorant,  
vt hac ratione magnum eruditio-  
nis thesaurum sibi acquirant. Ari-  
stoteles 8. Metaph. ait: *Propter ad-  
mirari cœperunt homines primum phi-  
losophari*, seu rerum causas inuesti-  
gare. Marcus Imperator in platea  
Lucio obuio rogatus quo iret & cu-  
ius rei gratia? respondit, *honestum*

*est seni discere: eo, inquit, ad Sextum philosophum, ut discam quæ non scio.* Saluius Iulianus I. C. dicebat: *Et si alterum pedem in sepulchro haberem adhuc discere vellem.* Et Socrates, qui Delphico oraculo omnium sapientissimus iudicatus est, cum iam grandior natu esset, non tamen erubuit inter pueros sedens fidibus canere. Cumque ob id derideretur, dixit absurdum non esse quæ quis nesciret ea discere velle. Non pudeat ergo studiosos multa querere, nec erubescant doctos interrogare, sed ignorare & discere non velle. *Adolescentulus*, ait Cicero, *multa ex Antonio quesivi. Roget quisq;* inquit Philo, *quod ignorat.* Et vulgò interrogatio clavis scientiæ appellatur. Hinc variæ Augustini, Hieronymi, aliorumque sapientissimorum hominum epistolæ

CX.

extant, quibus alios longè inferiores arduis de rebus consuluerunt.

Horum igitur vestigiis insistere non indecorum merito censeas.



);( 4 INDEX



INDEX LOCORVM COM-  
MVNIVM SECVNDAE  
partis.

	Adulatione	pag. 1.
	Ambitione	4
	Amicitia	8
	Angelis	14
	Anima	17
	Animalibus	21
	Artibus	37
	Bello	40
De	Castitate & virginitate	49
	Consortio malorum	50
	Conuiujs	53
	Cognitione seu notitia sui	56
	Christo & Christiano	57
	Coniugio	61
	Cœlo	64
	Conscientia	65
	Crudelitate	69
	Doctis	

	Doctis & doctrina	70
	Diabolo	75
	DEO	84
	Diuitijs seu bonis temporalibus	88
	Detractione	90
	Ebrietatis voragine	98
	Eleemosyna	100
	Educatione puerorum	100
	Elementis	105
	Forma	105
	Fide	111
	Fortitudine	111
	Fortuna	112
De	Gloria	112
	Gratitudine	115
	Humilitate	116
	Hypocrisi	119
	Historia	124
	Homine	129
	Hæreticis	132
	Aeternitate & extremo iudicio	143
	Inferno	145
	Iustitia	145
	Inuidia	154
	Ieiunio	159
	Ira	

Ira	163
Iniuriæ tolerantia	176
Lingua	184
Luxuria	191
Locis communibus	193
Libris	197
Laude	203
Labore	203
Lusibus	205
Luxuria	206
Medicis	208
Medicina & morbis	210
Magistratu	212
De Matrimonio	215
Maria Deipara Virgine	221
Morum compositione	221
Mendacio	227
Mundo	232
Mulieribus	237
Musica	243
Morte vel porta carceris nostri	248
Nobilitate	259
Orandi seu precandi studio	260
Oculorum & oris diligenti custo-	
( dia	262
Otio	

Otio & pigritia	265
Patientia	267
Pœnitentia & confessione auricu-	
lari	271
Paupertate	274
Pace	275
Peccato	277
Peregrinatione	285
Pœnis	285
Religiosis & perfectione spiritua-	
li	286
Sanitate corporis	289
Sapientia	290
De Stultis	294
Sacerdotio	299
Senectute	300
Spe	308
Superbia	311
Solitudine seu vita solitaria	313
Pœnis & tribulationibus	318
Tempore	324
Tristitia	325
Tentationibus	326
Temperantia	335
Vita	336
Vesti-	

De	Vestibus	336
	Vino	337
	Veritate	340
	Virtute	341
	Voluptatibus	342
	Rebus variis,	350.

CAPVT I.  
DE ADVLATIONE.

Quæstio I.

*Qui homines rerum nomina inuertunt?*

**C**Alumniatores, adultores & amatores vel amantes. Sapienter Euripides apud Stobæum Ser. 3. inducit patrem hæc præcipientem filio: *Amicos qui verbis tibi nihil indulgeant conquire, qui verò gratiam in omnibus sectantur tuam, vt improbos domus repagula excludant tua.* Fauorinus apud Pythag. ser. 14. comparat Aætæoni illum qui adultores admittit: vt Aætæon à domesticis suis canibus discerptus fuit: ita adultores eos à quibus aluntur consumunt. Athæn. lib. 6. c. 6. quam odiosum olim fuerit adulatorum nomen & res, ex eo ostendit, quod ob id Thessali urbem quandam Melitensium euerterunt, quoniam *κολαχεία*, id est, adulatio vocabatur. Iuuenalis saty. 3. adultores describit.

*2. Quantum damni important adultores in Remp. Christianam?*

Primum tanta auaritia & rapacitate sunt,

CAP. I.

A

sunt,



sunt, vt nihil videant, quod non rabide atque furenter appetant, vt autem infinitam cupiditatem expleant, in Regum fortunas inuolant, vt quicquid accipere potuerint, immensa gula deuorēt, reliqua verò proculcent, & sordidata relinquunt. Illorum enim operâ fit, vt Regis gaza non sit virtutis sed libidinis instrumentum, & opes quæ erant cum bonis viris, & de Repu. bene meritis communicandæ, ad homines impuros deferantur. Quantas vero tenebras rebus offundant, explicari non potest. Non enim lucem solis eripiunt, sed quod est multo durius atque funestius, quantum in illis est, lumen veritatis extinguunt, Regibusque persuadent, vt veris bonis contemptis & abiectis, falsa & inania consecutentur. Neque solum sunt singulis hominibus infesti, sed vniuersam Rempublicam euertunt. Illorum enim opera fit, vt decus pudoris intereat, vt honestatis studium restinguatur, vt turpitudine victrix exulter, vt innocentia misere vexetur, vt iniquitas alacris & erecta volitet, & quæ velit impunè diripiat.

Omnia

Omnia postremo sic euertunt, vt quæ erant ad salutem Reipublicæ constituta, ad perniciem Reipublicæ conferantur. Et vt hæc facilius efficiant, non solum adhibent ingenium multiplex & acutum, sed etiam orationis lenitatem, atque virginis, (vt ita dicam) speciem & cultum, vt cum se ea bonitatis & verecundiæ simulatione Regibus insinuarint, tum demum occultum virus euomant, ipsosque Reges inficiant.

Quo satis digno supplicio vindicandum putaretis eorum scelus, qui in fontem, vnde omnis ciuitas aquam ad bibendum hauriret, venenum spargeret? at Rex est quasi quidam fons, vnde omnis vitæ disciplina haurienda est: inde namque leges accipiendæ, iudicia postulanda, virtutis exempla petenda sunt: ab illo est auxilium contra perditos homines implorandum, & virtutis præmium flagitandum: in illo deniq; debet esse per fugium miseris, solatium afflictis, leuamen oppressis, præsidium innocentibus, contr improborum hominum fraudem & pos-

A 2

tentiam

tentiam firmissimè constitutum. Qui igitur illum ita corruperit, vt ab æquitatis & clementiæ studio ad iniuriam & immanitatem traducat, & pro salutari atque benefico principe maleficum & importunū tyrannum reddat, quibus tandem supplicij dignus est? O sor. lib. 2. de institutione Regis.

3. *Cur opus est vt adulatores sint miro ingenio & acumine præditi, summaq; solertia & calliditate subnixi?*

Quia aliter neque poterunt insidias tegere, neque mendacia concinnare, neque in varias facies verti, neque aliorum fraudes eludere.

*Laudat adulator, sed non est verus amator.*

## CAPVT II.

### DE AMBITIONE.

1. *Cur fugienda est ambitio?*

**Q**uia periculosum est alijs imperare. Modestia Regis illius laudanda est, (cuius

(cuius nec Valer. lib. 7. c. 2. nec Plutarch. in apoph. nomen celebrat) cui cum diadema traderetur in signe regium, priusquam capiti imponeret, attentè id inspiciens, in hæc prorupit verba: *O nobilem magis quam felicem pannum! quem si quis penitus agnoscat tot refertum curis, ne humi quidem tollat iacentem.* Plut. tamen in libr. de ser. num. Vind. Slauium fuisse hunc iudicat paulò aliter narrans. Stob. ser. 47. Antigonum, qui vulturæ eius felicitatem extollenti, si nosset, dixit, *ò mater quot malis hic pileus inuoluatur, ne de sterquilinio quidem auferres.*

Simile narratur duorum Rom. Pontif. dictum Adriani IV. & Marcelli I. Adrianus quippe solitus erat dicere: *nemo Pontifice Romano est miserior, eius conditione nulla calamitosior, totus vitæ ipsius latitia & felicitas ærumna est: Romani Pontif. cathedra circumquaque spinis est clausa, iter vndique confertum aculeis: pondus tanta molis, vt robustissimos premat & deiciat.*

Idem vsurpauit Marcellus, & cum aliquando pranderet, manu feriens mèsam: non video, inquit, quomodo qui locum hunc altissimum

tiſſimum tenent, ſalui eſſe poſſunt. Certe vt vermiculus ſericarius admirabili labore conficit ſericum, & neſciens conſtruit caſulam, in qua conſtructa moritur, & proprium ſepulchrum condit: ita qui domnandi cupiditate inflammati falſos honores varijs modis & artificijs quærunr, ſibi ipſis neſcientes infamem æternamq; perniciem machinantur.

S. Hieronymus: *Honores ſecum trahunt pericula, citò periclitatur poteſtas, & quanto maior honor tanto maiora pericula.* Idem: *altiffimi montes crebris fulminibus feriuntur.* Cicer. pro Murena. *Et ex aliorum miſerijs, & ex meis curis laboribusq; quotidianis fortunatos eos homines iudico, qui remoti à ſtudijs ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ ſecuti ſunt.* Pro Flacco: *Miſera ſunt conditiones adminiſtrandarum provinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatim eſt, negligentia plena vituperationum: vbi ſeueritas periculosa eſt, liberalitas ingrata: ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa: ſrons omnium familiaris, multorum animus iratus: iracundia occultæ blanditiæ aperta. Adde ſolicitudines & odia, quæ ſuſtinenda ſunt magiſtratus.*

2. Doce exemplis veros eſſe hoſ verſus.

*Stat foris ante fores Petrus dicens, quod honores*

*Immutet mores, raro tamen in meliores.*

1. Saul priuſquam in regia dignitate conſtitutus eſſet, erat filius vnius anni, hoc eſt, innocens inſtar infantuli: at cū ad principatum euectus eſt, ſclerâ impia perpetravit.

2. Dauid ſubditus, inimico (Sauli) pepercit, & vitium erubuit, Rex autem innocentem amicum (Uriam) per ſummum ſcelus interfecit. Vt enim in excelsis montibus Gelboe interfecti ſunt nobiles Iſrael (1 Reg. 31. 1. Par. 10.) ita in excelsa dignitate pereunt sæpe ambitioſi.

3. Cur Dan. 11. mundi regna in quatuor ventos ſunt diſtributa?

Quia mundi potentia & gloria huc atque illuc quaſi vento iactatur. Ipsi Reges ſunt folia à vento agitata. Iob 7. 13. 21. Sapient. 5.

8

CAPVT III.  
DE AMICITIA.

1. Cur in amicorum numerum non temerè  
quiuis sunt admittendi?

Socrates dicere solebat, vt nemo sibi  
ab ijs statuas fieri cupit, à quibus non  
viderit aliquot statuas eleganter fabricari:  
ita non sunt in amicitiam recipiendi,  
nisi quos cognoueris erga alios fideles ex-  
titisse. Aristippus mirabatur quod homi-  
nes vasa non emerent nisi diligenter in-  
specta, vitam vero illorum, qui in amicitiam  
reciperentur non prius inspicerent. Sic &  
Diogeni Cynico indignum videbatur, quod  
nemo ollam vel operculum emeret sine  
tinnitu & experimento, in selegendis  
amicis satis haberent aspiciere.

2. Qui ad amicitiam non sunt assumendi?

Iracundi, instabiles seu inconstantes,  
suspiciosi & verbosi.

3. Cur amicitia dicitur sal vitæ?

Quia insulsa est vita sine amicitia, &  
maxima quæque oblectamenta sine ea  
sunt

9

sunt insuaui, vt Cicero in Lælio declarat.

4. Quid opus est ad exprimendum amorem,  
vel vt amemur?

Amore. Hinc illa symbola: *Magnes amor*:  
*philtron* vel poculum amatorum: *amor*:  
magnum fatalitium: *amor*: magnum fatalitium:  
& magnæ opes amor. Salustius, *Non arma*  
*aut opes præsidia regni sunt, sed amici.* Maxi-  
mæ certè opes propter odium sunt sub-  
uersæ, minimæ vero & infirmæ amicitij  
constabilitæ.

5. Cur Claud. in Panegy. ait: Non extor-  
quebis amari?

Quia catena vi extorquetur, at amor  
vis inferri non potest.

6. Quomodo amicus amandus?

Sic amandus, sic colendus, sic cum èo  
versandum, vt non putes posse inimicum  
fieri: inimicum vero sic oderis, tanquam  
aliquando amicus sit futurus. Hinc sym-  
bolum illud: *Amicus vt non alius, inimicus vs*  
*non idem.*

7. Quis amicus dicitur inimicus?

Fucatus, & is qui sub amicitia nomine  
odit, aut contemnit, aut inuidet.

8. Quem mihi ceu Pyladem aut fidum complectar Achatem?

Libera te cuius perstringit lingua merentem. Nam quantum fidus amicus te diligit, tantum odit, quicquid tibi incommodat & nocet, præfertim quod salutem animæ tuæ plurimum nouit officere. Syr. 6. *Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis.* Quasi dicat, is fidelis amicus est, qui tibi medicinæ loco feruit; qui te, si quando aliquid in actionibus tuis vitæque sit moribus, quod nec rectum nec sanum fuerit, ad animæ salutem & vitæ beatæ immortalitatem conatur adducere. S. Augustin. in serm. *Amicus est similis medico; medicus non amat agrotum, si non odit agritudinem, atque ideo ut agrotum liberet, morbum persequitur, seque tota sua industria illi opponit.* Grego. 27. Moral. capit. 8. *Amicus animi custos dicitur, non autem custoditur, qui in medio vitiorum tanquam certorum discriminum & hostium tranquille dimittitur, nec vel semel periculi in quo versatur, admonetur.* Chrysostomus homil. 24. super Acta Apostolorum, *Corripere peccantem, est plus quam*

quam orare (pro eo) Prouerb. 3. *Quem diligit Deus corripit.*

Christus ait Matth. 18. *Lucratus eris fratrem, si te corripientem audierit.* Hinc infra S. Augustinus, *Ergo perierat si non corripuisses.* Psalm. 140. *Corripit, &c.* Prouerb. 9. *Argue sapientem, & diliget te.* Galat. 4. *Inimicus, &c.* Marc. 6. *Herodes, &c.* Gratiam habes ei, qui tibi à via aberranti rectam viam ostendit; cur non amas igitur eum, qui te docet aliam tibi ingrediendam esse viam, nisi in in tartaream specum ruere velis? æquissimo accipis animo si quis te admonet, quod nigram in facie circumferas maculam, aut quod inuerso modo vestem indueris: & non amares eum qui te docet quid in anima, vita & moribus culpæ sit obnoxium? S. August. super Ioan. *Si me posses docere quod nescio, non solum te verbis, sed & pugnis cadentem deberem patientissime sustinere.*

9. Quid significat illud symbolum Pythagoræ: sedem oleo ne abstergito?

Amicorum omnia ita cures atque propria,  
A 6 neque

neque blandis verbis, & sermonum fucoplaceas, sed veri studio. Sedes enim amicitiae veritas est, non adulatio. Oleum accipe pro assentatione, blanditijs, palpo ac fictis sermonibus. Oleum ore fert, (est assentator) oleum fert in auricula, (assentatoribus aures patefacit) vt oleum fistilia vasa, quamuis dura, penetrat & inficit, sic adulatio corda eorum, quibus blanditur, quamuis aspera corrumpit. David Psalm. 140: maault à iustis obiurgari, quam ab impijs oleo adulationis deliniri. Beda: *Vt oleum prabet nutrimentum flammis, ita adulatio peccatis.*

10. Decetne amicum monere?

Cic. in dial. de amicit. *Cuius aures clausa veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est.* Scitum est enim illud Catonis, vt multa: *Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur; illos verum sepe dicere, hos nunquam, &c.* Et vt monere & moneri vera amicitia proprium est, & alterum liberè facere non asperè, alterum patienter accipere non repugnantè: sic habendum est nullam in amicitijs pestem esse

maio-

*maio-rem, quam adulationem, blanditiem, assentationem.*

11. Quodnam priscis Longobardis maximum erat vinculum amoris?

Apud aliquem ponere barbam: is enim intimo scedere astrictus erat, apud quem lanuginem quispiam deposuisset. Sicut apud Persas donari annulo à Rege scodus inexplicabile & summi amoris vinculum putabatur. Alex. de Alex. l. 1. c. 26.

12. Licetne reiectis cognatis peregrinos adsciscere amicos?

Hoc perinde esset, ac si quis amputato pede carneo, ligneum addat. Plut. in moralibus.

13. Cur amicos in rebus aduersis conuenit amicis adesse?

Nam cum Deus felicitatem dederit, quid opus est amicis? Sufficit ipse Deus prodesse volens. Eurip. in Oreste. *In rebus aduersis boni maxime apparent amici, res felices singula habent suos amicos.* Idem in Hecuba. *In ידי amici rebus secundis adsunt, aduersis discedunt, vt hirundines*

rundines ineunte vere presto sunt, hyeme instante auolant.

14. *Qua dicitur societas leonina?*

Quæ longe plura sibi assumit, quam alteri relinquit; de qua Cassius respondit, societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiat.

CAPVT IV.

DE ANGELIS.

1. *Suntne Angeli nostri custodes?*

**S** Hieron. super Nau. lib. 3. *Magna dignitas animarum, ut vnaquaque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum deputatum.*

Cum Christus Matth. 18. interminaretur, ne paruulis per malum exemplum offendiculum poneretur, neue in minimo illis iniuria, quod paruuli essent, fieret, addit: *Angeli eorum in calis semper vident faciem patris mei qui in calis est.* Ac si dicat: Angeli, qui paruulis in tutelam à Deo dati sunt, in patris mei consistunt præsentia, parati ipsorum contra nos causam agere, querelas

las deponere, & vindictam, si opus est, exposcere, & suos clientes vlcisci, si vllam eis intuleritis iniuriam. Heb. 1. *Nõne omnes sunt administratorij spiritus?* & c. v. qu. 5.

2. *Circa qua versatur Angelicum in nos officium?*

1. Custodiunt & deducunt nos in via viatæ huius ut viatores. Exod. 14. & 23. Tob. 5. 12. Matth. 2. 4. Luc. 22. Act. 5. 12.

2. Bona consilia suggerunt, orationes & actus nostros Deo offerunt, nosque in bene Deo seruiendi munere adiuuant, ut Dei cultores. Apoc. 8. Tob. 12. Zach. 1.

3. Nos contra omnia aduersa defendunt ut milites. Psalm. 90. Exod. 14. 4. Reg. 14. Dan. 3. 14. Iudith. 13. Gen. 21. Ios. 5. 4. Reg. 6. 2. Mach. 3. Luc. 16.

3. *Quid est nostri erga bonos Angelos muneris?*

*Primo.* Debemus eis magnum honorem & reuerentiam, ut vel solo ipsorum intuitu, quocunque in loco sumus, hoc attentare vereamur, quod etiam homine quolibet communi, vulga-

vulgarique præfente nolimus præsumere, id monet S. Hier. *secūdō*. Debemus nostrā erga ipsos gratitudinem per obedientiam bonique eorum consilij & ductus executionem, demonstrare. Deus Exod. 23. ver. 21. ait Moyfi de Angelo Israëlis per desertum dūce: *Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes. Quia non dimittet* (sua te custodia non destituet) *cū in peccāris* (nec incorruptum finet cū contempseris.) Idē nobis dictum putare debemus, S. Bern. *In quouis, inquit, diuersorio, in quouis angulo Angelo tuoreuerentiam habe.*

4. *Quam magna est multitudo Angelorum?*

Maior quam multitudo rerum omnium corporalium, saltem secundum speciem, hæ enim sunt imperfectiores. Tobix 25. *Nunquid est numerus militum eius?* Dan. 7. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei,* (ante eum) Apoc. 11. *Erant numerus* (Angelorum) *millia millium, &c.*

5. *Suntne singulis hominibus singuli Angeli deputati?*

*Act. 12. cū Petrus pulsasset ad fores, dixit*

*dixerunt fideles, Angelus eius est.* Matt. 18. *Angeli eorum semper videt, &c.* Nihil fere homine imbecillius cum diuersis fortunę telis sit obiectus, voluptatum perniciosissimis delinimentis circumfusus, & ab hoste vigilantissimo, iamque à tot sæculis ad fallendum exercitato, omni insidiarum genere noctu interdiumque circumfessus, & nulla non hora ariete pulsatus, ideo Angelus custos & testis statim adest in vitalem lucem producto. v. qu. 1.

CAPVT V.  
DE ANIMA.

1. *Doce animam hominis esse naturā inferiorē & imperfectiorem Angelis?*

**S**acra Scriptura docet Angelos esse naturā præstantiores hominibus Psal. 8. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* Quem locum S. Paulus ad Hebr. 1. interpretatur de Christo secundum humanitatem. 2. Reg. 14. *Tu Domine mi rex sapiens es sicut habet sapientiam Angelus Dei.* Matth. 22. *In resurrectione, &c. sicut Angeli Dei.* Act. 6. *Viderunt faciem eius*



eius sicut faciem Angeli, ad Galat. 1. Licet nos aut Angelus, &c. c. 4. Sicut Angelum Dei excipisti me 2. Pet 2. hominibus sectas introductes opponuntur Angeli.

2. Num anima hominis brutorum animabus longe præcellat?

Psal. 3. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Psal. 43. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis (non intelligendo.) 2. Petri 2. Hi velut irrationabilia pecora, &c.

3. Vnde constat animam hominis esse immortalam?

Sap. 2. Iustorum anima in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis, &c. cap. 4. Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. cap. 5. Iusti in perpetuum viuent. Matt. 10. a. animam non possunt occidere.

4. Quid pretio despecta sui premit aurea scepra?

Mens cognata polo, diuina mentis imago, seu præstantissimum hominis pignus est anima.

ma, Matt. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum, &c. quasi dicat, siue animam vnum quis exponat, & pro ea totum mundum accipiat, siue eam redempturus, pro illa totum mundum in lytrum expendat, inæquale commercium faciet, quia nihil est in toto mundo quod anime pretio possit conferri. Prouer. 13. Redemptio anima viri diuitiæ suæ. Certe redemptio & possessio animæ omnes superat gazas & thesauros, quia Dei capax est, fontis omnium bonorum. S. Bernard. Epist. 54. Magna res est anima, quæ Christi sanguine redempta est. S. Augustin. de quant. animæ: Nihil inter omnia quæ Deus creauit ipsi est animam propinquius:

5. Cur anima precium diligenter est ponderandum?

S. Chrysosto. hom. 12. super Gen. Anima nobilitas quanta sit nobis serio cogitandum, ne quid ea indignum operemur, ne coinquinemus eam illicitis operibus, ne sub carnis seruitutem eam subiugemus, ac tam nobilè tãtãq, dignitate sublimè sic crudeliter & immisericorditer tractemus. Hinc

Hinc s. Bern. ferm. 6. Aduentus: *Noli ô corpus, noli praripere tempora, potes enim impedire anima tua salutem, tuam ipsius operari non potes. Omnia tempus habent, patere vt nunc anima pro se laboret, magis etiam collabora, quoniam si compateris & conregnabis. Quantum impedi, ô corpus, eius reparationem, tantû impedi tuam. Quod ante reparari non poteris, donec suam in ea Deus viderit imaginem reformatam. Nobilem hospitium habes ô caro, nobilem valde. Et tota salus tua pendet de eius salute. Da honorem, ô caro, hospiti tanto. Idem super Cantica ita cõqueritur: *Cadit a sinus, & est qui subleuet, perit anima, & non est qui recogitet.**

6. *Estne solus animus virtutum ac vitiorum sedes?*

Bonorum ac malorum exercitatio manibus non eget, immanium facinorum meditatio intus in anima incubat, illic cõcipiuntur, tractantur, concoquuntur, & matura inde nascuntur. Vt autem ager neglectus & incultus quò fertilior est eò magis spinis & vepribus, & agrestium platarum asperitate vastatur: ita cùm animus

minime

minime colitur liberali disciplina, quò clarior est illius indoles, eò pluribus &terioribus vitijs obruitur. Quò enim vis animi præstantior est, eò in quamcunque partem impellitur, se gerit vehementius. Sic autem fit, vt quemadmodum cum virtutem colit inter omnes, qui non tantum ingenio & industria valent, excellit; ita cùm se ad nequitiam applicat, omnes improbos flagitio & improbitate superat. *Ofor. I. de instit. Regis.*

## CAPVT VI.

### DE ANIMALIBVS.

1. *Cur Deus dedit carni pauonis ne putresceret?*

**C** Vr palea vel tam frigidam vim, vt obrutas niues seruet, vel tam feruidam, vt poma immatura maturet? Quare calxa aqua perfusa inde feruescit, vnde feruetia cuncta frigescent? perfusa autè oleo, quod magis fomes est ignis, nulla eius perfusione vel infusione feruescit? Cur magnes ferrum attrahit, & iuxta adamantem positus, mox quod rapuerat, remittit? cur

contra

contra lapis, quem Plinius lib. 36. capit. 16. Theameden nominat, ferrum à se abigit & repellit? Cur pisciculus remora dictus maximæ nauis plenis velis, ac velocissimo cursu trajicienti adnixus eandem ita fortitudine sua remoratur, vt vterius progredi nequeat? & c. S. Gregor. 9. moral. cap. 11. *Qui in factis Dei rationem non videt, infirmitatem suam considerans, cur non videat rationem videt. Saluianus li. 3. de prob. Homo sum, non intelligo secreta Dei, inuestigare non audeo, & ideo etiam attentare formido, quia & hoc ipsum genus quasi sacrilegæ temeritatis est, si plus scire cupias quam sinaris. Sufficiat tibi quod Deus à se agi & dispensari cuncta testetur.*

## 2. Quæ arte vulpes abigit pulices?

Retro ingreditur aquam, hoc est, cauda primum, & cum pulices ad caput properant, habet ramum in ore super quem saliunt, at vulpes ramum relinquens libera ascendit. Venatur & cauda cancos, vt etiam mus immittit caudam in olei vccolum, deinde quicquid hac ratione haurire potuit lambit.

## 3. Quam

## 3. Quanta canum fidelitas?

Georg. Cedren. in compendio histor. ait: Sub Cōstantino Pogonate quidam solus cane socio obruncatus in itinere à latrone fuit. subducit se latro fuga, cane domini cadauer seruante: superuenit viator, piedad cadaveri sepulturam, canis quasi gratitudinis ergo homini abeunti adiungit se comitem, is erat artificio caupo. Post dies aliquot in cauponam bibendi causa diuertit latro; canis qui cæteris omnibus blandissimus solebat esse, allatrare latronem vehementius cæpit, vestes lacerare, infilire in faciem, neque aut nimis increpitus, aut ictus verberibus poterat abigi. Tacti religione qui aderant, latronem comprehendunt, in forum adiudicem trahunt: factam à se domini canis fatetur cædem, & capite punitur.

## 4. Cur apes citius pungunt eos qui stuprum dudum fecerunt?

Quia amant castitatem, ideo curatorum apum, cum alueos debet tractare, prouidendum maxime, vt pridie castus

fit ab opere venereo, vt ait Iunius Colum:  
c. 14. lib. 9.

5. *Cur animalia cornuta carent dentibus in  
suprema mandibula?*

Quia eadem est materia dentium & cor-  
num (humidum nutrimentale, non radi-  
cale vt reliquorum ossium) ideo materia  
quæ transit in cornua, non transit in den-  
tes. Eiusmodi animalia bis masticant cibū,  
& ruminando reciprocant.

6. *Cur qua paruorum cor habent, vt leo, sunt  
audaciora?*

Quia in paruo corde calor est adunatus  
& vehemens, & sanguis adueniens citius  
calescit, & ad alia membra mouetur.

7. *Cur animalia aquatilia terrestribus sunt  
grandiora?*

Ob humidam eorum naturam, humor  
in rerum ortu quasi materia subijcitur ca-  
lori, quò autem plus materiæ corpora ha-  
bent, eò maiora sunt, quia materiam quæ-  
ritas sequitur.

8. *CUR*

8. *Cur equis veteri Germanorum & Belga-  
rum more cauda penitus abscin-  
debantur?*

Quia ob id equi certa contractione ali-  
menti ratione pinguiiores, & spinæ robore  
fortiores euadere existimantur.

9. *Quomodo apud Aegyptios pulli gallinarum  
progignuntur?*

Qua in clibanis tepore sensim adhibi-  
to ita fouentur, vt mirabili arte compen-  
dioque pulli intra paucos dies progignan-  
tur simul & educentur.

10. *Quo astu platæa auis victum querit?*

Cum piscibus viuat, nec possit ipsa se  
aquis ingurgitare, ad eas aues aduolat, quæ  
se in mari mergunt, ac earum, cum præda  
emergentium, tantisper capita premit, do-  
nec prædam è rostro dimittant, atque hæc  
acceptam illa deuorat. Cicer. 2. de natura  
Deorum.

11. *Quomodo polypodes piscibus insidiantur?*

Petræ alicui insidentes in eius colorem,  
se ita transformant, vt idem cum illa esse

B

videan-

videantur. interim pisces ad polypodem tanquam ad petram securi adnatantes, ab illo capiuntur.

12. *Quibus remedijs vtuntur bruta contra morbos suos?*

Anguis ita senectutem singulis annis deponit, hiberno situ membrana corpori (præcipue oculis) obducta, simulatq; verum tempus appropinquat, sceniculi succo (oculos ei inungens) impedimentum illud exuit, nitidiusque vernat: idem hiberna latebra visu obscurato, marathro herbe sese affricans, oculos inungit ac refouet: si verò squamæ obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. Pli. lib. 8. c. 27.

Vrsus faucius verbascum plagæ imponit, quæ herba cum siccandi vim habeat, purulentiâ absterfâ breui tempore cicatricem vulneri inducit. Basi. 8. concione in opus 6. dierum.

Hyppotamus bestia in Nilo degens, cum distéditur nimia facietate, arúdineta recésa percurrit, quoadusq; stirpiû acuta pedes vulnerét, vt profluuio sanguinis leuentur sagina. Plagâ deinde ceno oblinit, vsq;

dum.

dū vulnus cōducatur in cicatricē. Sol. c. 35.

Canes nimia ventris ingluuie grauati, herbæ cuiusdam rore cōspersæ, esu vomitum prouocant, eoque modo stomachi sabburram deponunt. Nemo autem quæ sit ea herbâ deprehendere potest. Pli. li. 25. c. 8. cū lubricis infestatur herbâ, tritici comedūt.

Cerui iaculis petiti ad dictamnium confugiunt: idem à phalangio, quod aranearum venenosarum genus est, idē, de cæcis comedentes sibi mederi nōrunt.

Hirundines cū pullos suos ex oculis laborare percipiūr, illos chelidonia curāt.

Testudines cū à serpentibus morsæ sunt, cicutâ sese reficiunt.

Mustela cū foricibus decertatura, se prius rutam comedendo fortē & robustâ facit.

Ciconia suis infirmitatibus origano medetur, vel cum vulnus ex pugna accepit, origanum herbam plagæ imponit. Aui. l. 9. de h. an. c. 6. Colubæ syluestres, monedula, merulæ, perdices, superfluitates suas lauri foliis expurgant, Colubmę domesticę, turtures, gallinæ ea herbâ quæ gallinæ morsus dicitur.

B 4

13 210

13. *Quæ in muribus est detrimenti scientia?*

Cum domus aliqua præ senio ruinam minatur, primi id mures sentiunt, & pristinis suis cauernis relictis fugâ salutis suæ consulunt. Plin. lib. 8. c. 26. A Elian. lib. 1. c. 11. Addit Plin. li. 8. c. 18. & araneos cum telis, imminente ædium ruina, cadere.

14. *Quam prudentiam nonnulla bestia in nidis & latibulis seu habitaculis suis construendis declarat?*

Hirundo nidum fabricatura festucas oportet reportat, lutum verò quod pedibus tollere nõ valet, summas alarum partes aquâ madefaciendo, ac deinde in tenuissimo puluere volutando conficit, eoque velut glutine festucas coniungens, nidum machinatur, in quo sobolem suam enutriet. Lanam de ouium velleribus decidentem colligit è pratis, vt ouis & pullis suis mollestratum subiiciat.

Apes mirabili artificio mellis receptacula exstruunt. Nam in tenuem membranam extensa cera crebras & continua serie coherentes constituunt cavitates, vt frequentia

quentia earum, quæ singulæ imbecillæ sunt, toti structuræ robur addat. Quælibet enim fistula alteri necitur tenui septo illi coniuncta pariter & ab eadem secreta: Vna autem fauorum contignatio alteri superincumbit, quia si vna esset, nullo diaphragmate intersepta concauitas in quam mellis liquor infunderetur, ea tanto ponderi nequaquam par esset. Consule Greg. Naz. orat. 2. in Theologia.

15. *Quam aues & pisces in migrationibus suis?*

Olaus Magnus affirmat in descriptione Septentrionalium locorum, inuentas in stagno demersas hirundines, quæ catenæ instar coherescebant sequentis rostro in præcedentis anum inserto, easque igni admotas sensum & vitam recuperasse. Idem de ciconiis cõpertum esse tempore Othonis IV. scribit Baptista Fulgosius li. de mirab. Pontici pisces ex Hellespono & aliis vicinis maribus in Põtum Euxinum gregatim commeare solent, cum tempus futuræ ipsorum in propinquo est. Etenim illud mare dulciores aquas habet propter

exiguam solis, qui dulciores partes educit, in locis ad Boream deurgentibus efficaciam. Quocirca longe opportunius est ad fructus piscium recentes educandos. Cum vero id, cuius causa peregrinationem istā susceperant, ad exitum perduxerunt, retro vnde venerant reuertuntur: partim quod nulla causa sit, cur ibi diutius morentur, partim quod hyberno tempore istius maris habitatio non esset periculo caritura. Cum enim exigua sit profunditatis, hybernis tempestatibus aqua ipsius turbidiores fiunt.

16. *Quomodo apes regem suum honorant?*

Locum ipsi in aluearibus honorationem cedunt, nec sine eius ductu tota examina iter faciunt, cum processere, quæque se proximam illi cupit esse, & in officio conspici gaudet, &c. Virg. & Plin.

17. *Quodnam est animal, cuius vnus causa elementa cum per anni tempus (hyeme) maxime infecta esse deberent, deposita feritate mitescunt, eidemq; copiam suos pullos sine negotio educandi præstant?*

Alcyon

Alcyon auicula sub ipsum brumæ tempus circa solstitium hybernum, septē ante brumam diebus in medio mari nidificat, & oua in littore ponit, ac post septem dierum incubationem pullos excludit, aliisque totidem diebus illos educat. Per totos vero illos quatuordecim dies mare tranquillum est, eaque de causa hi dies à nautis alcyonij vocantur. Arist. lib. 5. de hist. anim. Est hoc clarissimum diuinæ prouidentiae argumentum. Vnde Prouerb. Alcyonios dies agit, hoc est, vitam tranquillam.

18. *Cur ceruus amissis cornibus latet quoad altera renasci caperunt?*

Quia vult se latebrarum præsidio tutari, cum se armis priuatum cernit: vt sepia atramento fuso suæ consulit incolumitati ne capiatur; & polypus coloris mutatione venatores fallit.

19. *Quomodo lupi fluuios imbribus autos tranant?*

Caudas mordicus inuicem apprehendunt, longoque ordine seriatim aquis immerguntur, tutoque transmeant.

B 4

20. Quo

## 20. Quo astu corui in Lybia sua consulunt fiti?

In Lybia fiticulosa admodum regione, viri aquam, quam de remotis admodum fontibus aut fluuiis attulerint, in fictilia vasa ad hoc comparata distribuunt, quæ alioqui ventre sunt admodum capaci, ore tantum patent, quantum satis est ad gallinaceum ouium recipiendum, eaque minus obturata, ad captandum nocturni aeris beneficium, per summa domorum tecta disponunt. Corui rem intelligentes, non data alterius aquæ copia eo conuolant, immisiq; in urnas capitibus humorem sorbillant, qui simul ac deficere cæperit, lapillos conquirunt (quod Plurarchus se vidisse affirmat) quos afferentes, in aquam subinde deiiciunt, atque ira surgente indies humore siti consulunt suæ.

## 21. Cur philomela presentibus hominibus diutius &amp; accuratius cantat?

Respondetur iocose, Cuculus & Philomela eodem cantant tempore (verno) ab Aprili medio ad Maium exactum (Ambrosii festo cuculi cantus memor esto) ita aliæ aues in

in contentionem venerunt de suauitate concentus, quæsitus est iudex, & quia de sono erat certamen, aptissimus visus est ad eam cognitionem asinus, qui præter cæteras animantes grandes haberet auriculas. Asinus repudiata luscinia, cuius se harmoniam negaret intelligere, victoriam cuculo adiudicauit. Philomela ad hominem appellauit, quæ ubi videt, agit statim causam suam, canit diligenter, vt se illi approbet, ad vindicandam iniuriam ab asino acceptam.

## 22. Cur manus data elephantis?

Quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. Cic. 2. de natura Deorum.

## 23. Quas virtutes docent nos nonnulla insecta animalia?

Apes docent nos primò prudentiam politicam, quia habent inter se communionem & tectorum, & legum, & laborū, atque sub regis imperio viuunt. 2. Prudentiam Oeconomicam, quia memores futuræ hyemis æstate victum sibi comparant,



rant, & antequam mella conficiant, sobolemque gignant, domos & cellulas cereas artificiose sibi extruunt. 3. φιλοπονίαν, quia ignavo otio non delectantur, sed in eunte vere & æstate assiduis laboribus sunt deditæ. 4. Iustitiæ, quia regem suum obseruant, sequuntur & custodiunt, fessum humeris subleuant, aberrantem quærunt, eius salutem corporum suorum oblectu defendunt, amissum lugent. 5. φιλοκαλίαν, quia putrida & foetida loca fugiunt, & si quando alui necessitas vrget, auolant, & in secessum excrementa proijciunt. 6. Fortitudinem, quia hostes suos aculeo persequuntur, & quoad fieri potest ab aluarijs suis arcent. 7. Placabilitatem, quia seditio & discordia inter eas excitata facile sedari potest, vel per iactū pulueris, vel mulsio, aut alio quouis liquore insperfo. 8. Disciplinam domesticam, quia tempore matutino omnes silent, donec vna gemino aut triplici bombo excitet reliquas ad operas diurnas. Quod si quæ sunt otiosæ, desides aut minus paræ, illas insectantur & expellunt: ac vesperi ubi redierint omnes

nes in suos alueos, primùm tumultuantur, sed postea paulatim minus strepunt, donec vna circumuolitās, susurro quasi dormiendū præcipiar, tūc omnes conticescūt.

Cicadæ docent nos frugalitatē, quia solo rore viuunt. Formicæ diligentiam & prudentiam domesticam, sunt enim laboriosa animalia, quæ tota æstate conuehunt & cōportant in cellas præoptuarias vnde hyeme viuunt.

24. Quas nonnullæ aues?

Ciconia docet nos 1. pietatem & gratitudinem erga parētes. Nam parentes suos senio confectos alit, & vt quidam volunt, humeris exceptos ad pascua deportant, & rursus pastos in nidum deportant. 2. Gratiitudinem erga hospites, quia vt nonnulli referunt, vnum pullum de nido deijcit tãquam præmium pro hospitio solutum.

Grues. 1. prudentiam politicam, quia gregatim volant, & auolatæ ducem certum, quem certo ordine sequantur, eligūt. 2. Vigilantiam, quia excubias habent nocturnis tēporibus, lapillū pede sustinentes.

Anseres verecundiam, quia præsentibus hominibus non coeunt.

Columbæ. 1. Concordiam, quia in eadem domo absque rixa degunt, & in signū amicitix oscula inter se iungunt. 2. Castitatem & fidem conjugalem, quia cum alia aue siue eiusdem siue diuersi generis, non coeunt, neque coniugium semel initum deserunt. In primis turtures adeo fidei coniugalis sunt seruantissimi, vt altero coniuge mortuo, alter semper in luctu & celibatu viuat. 3. Simpliciter & innocentiam, quia felle carent, & neque morticio neque præda viuunt.

Gallus. 1. vigilantiam, quia noctu statim temporibus cantat, & mane homines è lecto ad operas diurnas excitat. 2. φιλογυαικείαν, quia pro salute gallinarum sollicitus est; ideoque ab iis non procul recedit, & si granum aliquod inuenit, illas aduocat.

25. Quas nonnulla quadrupedes?

Elephas castitatem, quia scœminam, quã semel coitu impleuit, iterum non tangit, vt & Camelus castitatem: à coitu enim incesto ita est alienus, vt pullus matrem nõquam

quam superueniat etiam si compellatur. Quomodo coruus capiatur. vid. in loco de musica.

CAPVT VII.

DE ARTIBVS.

1. Quomodo ijs, qui ad Rempub. tractandam accessuri sunt, orbis disciplinarum consiciendus est?

**N**ON est ipsis præter modum in singulis artibus immorandum, sed proinde atque illi qui vt multos hominum mores atque instituta cognoscant, peregrinantur, tantum temporis in qualibet vrbe consumunt, quantum sat esse putant ad prudentiam ex multarum nationũ notitia comparandam: similiter magistratibus tantum est ex qualibet arte sumendũ, quantum sat est ad egregiæ virtutis vsum. Si enim omnes earum minutias & subtilitates persequi voluerint, exitum nullum inuenient, si verò illarum modum vtilitate terminauerint, non mediocrem vtilitatem ex iis capient.

2. Cur honorum magistratum cum viris eruditus est tacita quadam & naturalis societas?

Vt alteri alteris illustrentur, ac dum sibi mutuo suffragantur, & gloria magistratibus, & doctis autoritas concilietur. Docti certe virorum illustrium res gestas æternis mandant monumentis literarum. Quid immortalitate præstantius? Quis autem eam nisi beneficio literarum consequitur? Laterent in tenebris obruti vetustate Cæsares, Alexandri, plane omnis antiquitas, nisi rerum præclarissime gestarum (quas cum audimus, imitandi cupiditate accendimur) testem haberemus historiã. v. locum de historia.

3. Cur ut floreat civitas, artes ut florent necesse est?

Cum felicitas publica, ad quam humana omnia referenda sunt, è singulorum civium felicitate constet: singulorum autem felicitas in excolenda exercendaque virtute præcipue sita sit, & ad perfectam virtutem consequendam necessariã quandam

dam præcurfionem adhibeant literæ, illud profecto consequitur, ut nisi in qua literarum cultura vigeat, florere absolute civitas nulla possit. Mur. orat. 1.

4. Quomodo intelligis illud Cic. 1. Tusc. Honos aut artes?

Per honorem intellige non solum externam illam significationem verborum & gestuum, sed etiam præmia luculenta & splendida remunerationes, quibus Italicæ Academiæ non Iurifconsulto tantum & Medicos, sed Mathematicos etiam & Philosophos atque adeo Grammaticos (qui per Germaniam passim esuriunt) efficere, atque ita liberalium ingeniorum studia & voluntates excitare solent. κέρρα δόσις ἀνδρῶν σοφῶν ἀπὸ μύθων παντοδαπῶν ἐπὶ αἰπῶν ἀγαθῶν. Leue domum sapienti pro multis laboribus dicere laudes. Nota illud Hufonis lib. 2. Epigr.

Felix Grammaticus non est, sed nec fuit unquam  
Nec quisquã est felix nomine Grammaticus.  
Quod si quis felix præter fatum extitit unquam  
Is demum excessit grammaticos canones.

*s. Cur artes mechanica dicuntur sordida?*

Quia non propter se vt liberales, sed quæstus gratia expetuntur & exercentur, & pleræque earum laboriosæ sunt, vt corpus fatigent, aut sordidis etiam operibus tractandis inquinent; ideoque & mercenariæ, seruiles, manuariæ, sedentariæ & sellulariæ appellantur.

### CAPVT VIII.

## DE BELLO.

*I. Quo habitu & forma scalpebant veteres & noui Germania populi Mercurium?*

**E**ffigies hominis erat toto corpore armati, cuius in dextera signum erat militare præferens rosam, flos enim hinc facile nascitur ac moritur, & eiusmodi euentus sunt præliorum, sinistra prætendit libram, naturam indicans incertam pugnarum in eisque dominam fortunam, quæ modo huc modo illuc vagatur: est enim ἀλλοπρόσβαλλο Mars Homero, Cicer. pro Milone: Mars, inquit, communis, qui sæpe spolian-

spoliantem iam & exultantem euerit, & perculit ab abiecto (id est, per abiectum & vi auri.) Idem libr. 6. Epist. ad famil. ep. 1. omnium bellorum exitus incerti sunt. In ermi item pectore ostentabat vrsus, in trepidi bellatoris & inuicti animi symbolum. Locus statuæ seu potius imaginis erat campus floribus vndique confitus: quod nihil forti viro accidere iucundius possit, quam in acie suæ specimen virtutis præbere. Nomen erat statuæ Irmensuel, quasi dicas, Mercurij statuam, ἑρμῆς Mercurium significat, vocarunt hunc Theutem, ab eo in Germania nomen accepisse vrbes plurimas, vt Hælsia Metropolim Martipyr-gen, Sueuiæ urbem Marsburgum, Misnia Martinopolim. Aen. Syl. prodit c. 30. suæ Europæ. Consule Bisciol. hor. subsec. libr. 20. cap. 9.

*2. Expediæne militem delicias & lautitias ciborum quærere?*

Homerus bellatores suos qui iuxta maris littus castra habebant, nūquam piscem gustare facit; & Hellespontiacos, pisciferos (ichthyo-

(ichthyophagos) per irrisionem appellat, quasi imbelles & effeminatos.

3. *Qua comparant, seruant, & augent principatus?*

C. Cæsar solitus dicere, duo hæc facere, milites & pecuniam, Dio. li. 42.

4. *Quando miles timet?*

Vestitus, armatus, calceatus & satur, & habens aliquid in zonula, vt dicebat Imperator Alex. Seu. Lampr. in Alex.

5. *Qui milites dicuntur galeati lepores, & non veri Martis pulli?*

Quibus vt ad populandos finitimorum agros, tecta que vrenda & capienda pecora aliqua vis sit: ita in acie ac signis collatis nulla est (sed in fuga præsidium quærunt) Liu. lib. 28. Cornificij dictum hoc erat de suis militibus.

6. *Quanam est hoc tempore disciplina militaris?*

Non mala, sed nulla est, non languet, sed obijt. Et certe castra non sunt casta. Cassiod. 4. Varr. c. 13. Disciplinam non potest seruare ieiunus exercitus.

7. *Qui*

7. *Qui viri militia sunt nati?*

Qui factis magni ad verborum vero linguæ que certamina rudes sunt, Ho. Ilia. γ. Εν γὰρ χερσὶ τέλει & πολέμου ἐπέωμ δὲ ἐνὶ βέλῃ.

Lingua in consilio valet, in certamine dextra. In curia verbus opus, in pugna manibus.

8. *Qua debet curare miles?*

Tria hæc vti Aemilius Paulus dicebat: corpus vt quam validissimū & pertinacissimum habeat, arma apta, & animum paratum ad subita imperia. Liu. 44.

9. *Cur dicebat Sertorius: quod oporteret ducem magis respicere quam prospicere? (Plut. in Sertorio.)*

Quia præliorum delicta emendationem non recipiunt, Cato apud Veget. 1. c. 13. Et vt ille aiebat, οὐκ ἐστὶν ἐν πολέμῳ δις ἀμαρτῆς. non licet in bello bis peccare. Plutarch. in apoph.

10. *Quid est, Marti cum Musis nihil est commune?*

Musis in ipso belli strepitu & clamore nullus relinquitur locus, inter arma silent leges.

leges. Baron. Tom. 7. pag. 431. Silent leges cum arma strepunt, nec canoꝛum auditur clamor, vbi reboante classico milites exultantur. Cice. pro Murena. Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt.

II. *Cur tam locupletibus quam inopibus placuit, quod Solon dixit, æqualitatem minime bellum efficere.*

Quod hi æqualitatem mensura & numero se assecuturos considerent, illi dignitate & virtute.

12. *Cur praliorum delicta Cato dixit non recipere emendationem?*

Quia statim pœna sequitur errorem, aut enim confestim pereunt, qui ignare imperiteque pugnaverunt, aut in fugam versi victoribus ultra pares esse non audent.

13. *Cur milites splendidis delectantur armis?*

Plurimum terroris hostibus armorum splendor importat. Quis credat militem bellicosum, cuius dissimulatione, situ ac rubi-

subigine arma scedantur. Vegetius lib. 2. cap. 14.

14. *Quibus rebus pugnant veteres ante usum armorum?*

Pugnis, (vnde pugna nomen habet) calcibus & morsu certabant. Lucret. *Arma antiqua manus, ungues, dentesque fuerunt.*

15. *Quid monebat Pythagoras his verbis: flantibus ventis echo aderit?*

Vt discipuli cum seditionibus & tumultibus rixantes inter se ciues viderent, ad ea loca commigrarent, quæ septa atque munita essent, quia vox in eiusmodi locis ressonat & recipitur. Probatur autem miles in stadio, discipulus in studio.

16. *Quid illud: ἀρον μὴ ἔγραυβει μ, panem ne frangito?*

Pacem conseruandam esse, vt enim ex multis grauis vnus panis conficitur, sic ex multorum voluntate & consensu concordia conflatur, & vt ex pane victus constat humanus, ita ex concordia amicitia & pax.

17. *Quæ requiruntur conditiones ut bellum sit licitum?*

Legitima authoritas indicentis, causa iusta & intentio recta. v. Greg. de Valent. To. 3. Bellarmin. to. 1. addit quartam, modum conuenientem, sed Greg. de Valent. ait: modum idoneum pugnandi & utendi victoria, non tam belli liciti, quam liciti prælij seu conflictus bellici conditionem esse. Rutilius de Roma:

*Iustu bellorum causis, nec pace superba,  
Nobilis ad summas gloria venit opes.*

19. *Quæ sunt exhortationum genera in bello?*

Verbum vocale, semiuocale (tubæ), & mutum (vexilla).

19. *Quis est fructus belli?*

Hostes vita & insontes bonis exuere.

20. *Qua re facile obtinetur in bello victoria?*

Pecuniâ. Hinc Apollo oraculo edidit Spartam nulla alia re quam avaritia perituram. & Calus Pontius optauit in ea tempora referuari, quibus Roma auro delectaretur, ut imponeret eis iugum. Cicer. 2.

de

de officiis Philippus Macedo nullam urbem inexpugnabilem credidit, in qua asinus auro onustus ingredi posset. Ludouicus II. Franciæ Rex aiebat sæpe obtineri victoriam, cum lanceis aureis & argenteis pugnaretur, & se emere homines auro numerato, cum eorum operis egeret. Cum Heluetij Alpes suas niuofas, celsissimæ iuga, & locum natura munitissimum iactarent, & Heluetiam his saxis circumdatam vinci non posse. Gallus facile, inquit, vel hi montes, vel hæc præcipitia scandentur, & expugnabuntur, si adsint homines bombardæ aut reos globos ei aculantes.

21. *Cur miles impius victoriam sperare non potest?*

1. quia deest illi voluntas & intentio vincendi, adest intentio prædandi, &c. at in omni negotio recte agendo, opus est intentione illud recte agendi, & contentione animi. 2. Est in eo statu in quo non audeat intrepide mori, ne anima cum corpore ruinam oppetat. 3. redditur imbellis & brietate & libidine.

*Vt Venus eneruat vires, sic copia Bacchi  
Debilitat gressum, debilitatq; pedes.*

Hinc

Hinc Cornel. Scipio in Hispaniam missus omnes meretrices è castris relegabat. Val. 4. Deum habet hostem, quo aduersante nihil spei superest. Hinc (Iudith 5.) Achor consulit Holoferni, vt antequam adoriatur Israelem, intelligat an Deum habeant ob scelera infensum, ab eo enim aciem belli dependere. Num. 24 & 25. Balach in acie exercitus opposuit formosas mulieres Israeli, vt peccans Israel cum eis vinceretur. Durum Pharaonem refluxum mare deglutiuit cum milite: ab Angelo totus blasphemus Sennacherib exercitus cecidit.

22. Quos vocat Guicciardinus lib. 2. tormentiferor?

Qui apud Germanos dicuntur *Selzwars* esse reuter.

23. Estne periculosum transitum militibus denegare?

Quanto cum periculo hoc fit coniunctum docet c. 5. libr. 1. Machab. vt & vrbi-  
bus duces includi & obsideri periculosum esse docet c. 23. libr. 1. Regum.

24. Pos-

24. Possuntne domus & fundi ciuium pro aggeribus & muris confirmandis vsurpari?

Si reddatur eis iustum pretium. Gail. li. 2. obser. 56. & seq.

25. Quid est militibus in tempore non solae re stipendia?

Prædones facere. Meier. lib. 14. Annal. Flandriae.

#### CAPVT IX.

### DE CASTITATE ET VIRGINITATE.

1. Quae sunt principia pereuntis castitatis ac virginitatis?

**L**iberiores intuitus, attactus, oscula, colloctio familiarior, sunt pereuntis virginitatis, & iam iam morituræ principia, vt loquitur S. Hieronymus in vita S. Hilarionis.

2. Cur melius nihil calibe vita?

Vxoratus biduo felix, die nuptiarum, & in funere vxoris, caelebs omni vita.

C

CA-



## DE CONSORTIO MALORVM.

I. *Quæ occasione ad animæ perniciem, peccatum & damnationem, seu æternam mali pœnam nos inducunt?*

**C**onsilium malum, exemplum malum, confortium malum. Hinc ille:

*Quid magè præcipites auido nos inuehit orco?*

*Hortatus, exempla, duces, socij q̄, malorum.*

*Was fñhret die menschen meist zur hõlle?*

*Bõß rhat/exempel vnd Gesellen.*

1. Præui suggestores diabolum in serpente imitantur, qui pessimum Eue consilium dedit inobedientiam suadendo, & ad vetiti fructus esum adhortâdo. Vt exitium opus est misericordiæ, dubitantibus sanum rectumque consilium dare, ita peccatum est alienum, & opus serpentinû, præuè aliis consulere. Maxime autem glificit malum, quando homini per se (absque consultore, exemplo vel duce, vt Iudas, qui optimum consilium, exempla optima, & optimum confortium habebat) in interitum propendenti, fertur auxilium.

2. Qui

2. Qui factò exemplum mali præbet, alteri quasi viam ad infernum ostendit, & quot vicibus vel etiam vitiis id facit, tot eñ quasi passibus ad ignem æternum præit. Cum Rex Saul (1. Reg. 31.) se suo gladio innixus perfodisset, famulus id confestim eodem planè modo imitatus est. Horat. art. poet.

*Segnius irritant animos immissa per aures.*

*Quam qua sunt oculis subiecta fidelibus.*

Quam bonum & efficax est alicui ad virtutem præire, tam perniciosum est ac pestilens aliis in malum exemplo esse. ob exempla Sanctorum prioribus sæculis tot hominum myriades vitæ sanctioris, ac quasi cælestis in terra studio & cultui se tradiderunt: vastissimæ solitudines, deserta horroris antea plenissima, & cubilia draconum in densissimas colonias, & quasi ciuitates propter Anachoretarum, Eremitarum, aliorumque Monachorum frequentiam versa sunt, tot Monasteria Virorum Virginumque erecta, oppida ipsa præ religiose viuentium multitudine Cœnobiorum,

C 2 formang

formam sumpſiſſe viſa ſunt. In quemcun- que diuinitus minimus ſanctimonix igni- culus inciderat, ſtatim ille ad aliorum exē- plum in magnam flammam exurgebat. Contra qui aliis lapidem, vt dicitur, ponunt, in quem impingant, ij ponderent il- lud Gregorij (in Paſtor.) qui in conſpectu populi male viuit, quantum in illo eſt, eum, à quo attenditur, occidit: quanto igitur grauius, ſi is etiam imitetur?

3. Prauus conſultor malum ſuggerit; qui exemplum dat factō, viam oſtendit & præ- ſtat: ſed malum conſortium ducit, comita- tur, & quaſi manu alios ſecum ad interitum rapit. Qui iſtiusmodi ſunt conſortij, ſe mutuo colligato quaſi nexu ad inferna trahunt S. Bern. epist. 73. *Qui ſocij laboris, & participes mercedis ſunt.* S. Chryſoſto. ſuper Matth. *Rerum natura ſic eſt, vt quoties bonus malo coniungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur. Sic vnum pomū facile centum bona corrumpit, ſed centum ſana nunquam vnum corruptum efficiunt bonum.* Iu- uenalis ſaty. 2.

*Vnūq; conſpectū à linorem ducit ab vnā.*

CAPVT XI.  
DE CONVIVIIS.

I Ad quos eundum vocatiſ?

**P**rou. 23. v. 6. *Ne comedas cum homine in- uido. & ne deſideres cibos eius, &c. & verſ. 20. Noli eſſe in conuiuij: potatorum nec in comeſo- ſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum con- ferunt, &c.* Hoc S. Hieron. intelligit de his qui alijs detrahunt: & de aliorum vitijs cū voluptate loquendo audiendoque in- briantur.

2. *Quid ad conuiuia proſecturus faciendum?*

His præmeditandum quæ diæ, loco, perſonis, & rebus apta cum liberali volu- ptate & benevolentia depromant, vt aucto- ritatem & variarum rerum cognitionis o- pinionem ſibi colligant.

3. *cur ante ebrietatem ex conuiuijs ſurgendum eſt?*

Quia vino mens corrupta idem quod curruſauriga deſtitutus patitur, vt infinita mala incurrat. Iſocr. ad Demon.

4. *Quodnam dicitur prandium caninum?*

In quo nihil vini potatur, quia canis vi-

mo caret. Aulus Gellius lib. 13. capit. 29.

5. *Quid docet hoc symbolum, parus fames  
constat, magno fastidium?*

Naturæ paucis rebus satisfieri, famem  
exiguo placari cibo: ingentes autem men-  
sas fastidium adferre & morbos.

6. *Cur Lacedæmonijs ad publica conuiuia in-  
gredientibus, qui natu erat maximus  
singulis ostendebat fores, dicens,  
per has nullus egreditur  
sermo?*

Quia admonebat nihil effutiendum, si  
quid liberius dictum esset in conuiuio.

7. *Cur communiter in mensis coxendix, & pes  
galli gallinæci vel caponis tradi-  
tur viris?*

Quia viris incumbit cura alendæ fami-  
liæ, sicut gallus scarificando magna solici-  
tudine terram sarrit & subigit, victum sibi  
gallinisque quæritando.

8. *Qua est cæna ambulatoria seu ambulans?*

In qua nihil fere potest comedi pro-  
pter ministrorum velocitatē inferentium  
portie-

portionem in lancibus, & mox auferent-  
tium, hinc Martialis lib. 7. Epigr. 47. vola-  
re lances queritur.

9. *Cur conuiuia non sunt frequentanda?*

Peticles Athen. postquam Remp. cœ-  
pit curare, nunquam postea visus est ob-  
ambulare ciuitatem, nisi in forum iret aut  
senatum: inuitatus ad conuiuia non ibat,  
omnem talem amicorum consuetudinem  
reliquit, & toto illo prolixo tēpore quo  
Rempub. curauit, nunquam ad cuiusquam  
amici cœnam ijt, dempto quod conuiuio  
nuptiali Euryptolemi nepotis sui inter-  
fuit, tamen ad gratias vsque, quando vi-  
num diis offertur, statimque post surre-  
xit, quia huiusmodi familiaritates mirè  
deiciunt omnem grauitatem affectatam,  
& difficile vti seueritate perpetua, ne vi-  
lescas cum omnibus familiariter conuer-  
sando. Plut. in Per.

10. *Cur post diluuium egresso Noe ex arca, data  
est licentia vescendi carnibus?*

1. Ob naturæ humanæ aliqualem iam tū  
debilitationem. 2. ob herbarū & frugum  
vigorem diluuiio macerante subtractum.

## CAPVT XII.

## DE COGNITIONE SEV NO.

## TITIA SVI.

1. *Qua cognitio post Christi cognitionem maxime nobis est necessaria?*

**H**Vgo de S. Victore libr. I. de anima. c. 9. ait: *Melior es si teipsum cognoscas, quam si te neglecto cursus syderum, vires herbarum, cōplexiones hominum, naturas animalium, calissimum omnium & terrestrium scientiam haberes. Multi multa sciunt, & seipfos nesciunt, cum tamen summa philosophia sit sui ipsius cognitio. Christus apud Sur. tom. 2. 29. April. ad Catharinam Senensem ait: Si nosti filia quis ego sum, & quatu es, beata eris. Ego sum qui sum, tu es que non es. Hac cognitione freta, omnes facile conteres laqueos inimici, nunquam venies contra precepta mea, omnemq; gratiam & virtutem nullo negotio obtinebis.*

2. *Quid est, oculos in pectus?*

Nosce teipsum, cor enim sedes cogitationum est in pectore.

3. *In quo ponenda est summa sapientia?*

In Dei sui que cognitione, pro qua ita orauit

orauit. S. Aug. sol. li. 2. c. 1. *Deus semper idem nouerim me, nouerim te.*

## CAPVT XIII.

## DE CHRISTO ET CHRISTIANO.

1. *Cur Christus sanctus sanctorum nuncupatur?*

1. **Q**uia sanctorum sanctissimus & maximus est.

2. *Quia sanctificator est omnium, & quæ sanctificanda & consecranda sunt, de manu ipsius sanctitatis splendorem suscipere debent. Nam sicuti mortales omnes se filios Adami profitentur, & ab eodem reuera profecti sunt, ita omnes supernaturali gratia regenerati ab Adamo secundo patre, scilicet futuri sæculi procreantur. Hauriamus ergo gratiam ex hoc fonte gratiarum, & oceano sanctitatis, Hauriamus ex hoc mari, quod omnia gratiarum flumina attrahit, & in se recipit; adeo ut ne vnica quidem gratiæ guttula super sit, quæ non in ipsum fluat, refluatque ex ipso. Consule*

discursum Ioannis de Auila de amore Christi erga homines.

2. Vnde colligitur Christum magno seruore & desiderio, atque adeo maxima cupiditate, & ignita charitate se obruisse pro salute generis humani?

Si SS. Andreas, Ignatius, Laurentius, & infiniti alij SS. Martyres propter vnicam Saluatoris gratiæ guttulam, tanto desiderio moriendi pro Christi nomine flagrarunt, quanto Christum ipsum desiderio honorandi patrem flagrasse arbitraris, cuius comparatione tota reliquorum Sanctorum sanctitas & gratia vix tanta est quantum minutissimum quodlibet punctum in circulo maximo, & lumen stellarum ad solis splendorem? Tantopere certe ob mortis suæ prolongationem angebatur, ut quælibet istius moræ hora integer ei annus videretur. Nam tanto se pro salute nostræ patri suo cælesti offerendi desiderio tenebatur, ut triginta tres anni, quibus cum hominibus in terris versatus est, perpetua ipsi crux, & longum martyrij genus fuer-

fuerint. vnde dixit Lu. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsq; dū perficiatur.

3. Quid monet hoc symbolum: scopus vita Christus?

Omnia referenda esse in Christum, & in eum dirigenda ut iaculantium sagittæ diriguntur in scopum.

4. Quis dicendus est bonus Christianus?

Qui fidem Catholicam profiteretur, & iuxta eam ut Christianum decet, viuit. Cyprian. de 12. abus. c. 7. Christianus nemo recte dicitur, nisi qui Christo moribus (prout valet) coaquatur. S. Augu. de vita Christ. Christiani nomen ille frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur, quid enim tibi prodest vocari quod non es, & nomen tibi usurpare alienum?

5. In quam peram Christus, ut verus Dauid, quinq; sua præcipua vulnera (ut quinq; lapides 1. Reg. 17.) misit?

In sacratissimum suum corpus velut mortalitatis nostræ faccum, & hæc quinq; Christi stigmata Goliath seu diaboli caput

put comminuerunt, & vires attriuerunt,  
& nos fortes effecerunt, vt quinque sensus  
nostros ab omni offensione seruemus, &  
illis ad Dei gloriam nostramque salutem  
recte vti valeamus.

6. Quos saltus fecit Christus nos ex paradiso  
quasi nido nostro exturbatos  
quaritans?

S. Gregorius hom. 29. Vt nos post se curre-  
re faceret, hos pro nobis saltus dedit. Et calo in ter-  
ram, ex sinu patris in sinum matris, inde in prese-  
pe, inde per varios alios saltus, quibus & montes  
& colles transiit, saltauit in crucem, de cruce in  
sepulchrum, inde in infernum, inde & è sepulchro  
iterum in terram, ex terra denique in calum, vn-  
de vt gigas exiuerat ad currendam viam.

7. Quid in nobis charitatem erga Christum  
flagrantiore reddu?

S. Bern: serm. 20. in Cant. Nihil est quod  
eum ita nobis amabilem reddit, quam calix ille,  
quem pro nobis bibit, hoc est, opus nostra redem-  
ptionis.

CAPVT XIV.  
DE CONIVGIO.

1. Cur Beorij vxorem marito tradituri ante  
domum currus axem combu-  
rebant?

Vt sponsa moneretur domi manere,  
Santus li. 1. c. 5.

2. Cur Germani veteres vxori frenatum equum  
& scutum cum frama & gladio tradebant  
dotis loco, & illa rursus aliquid armorum vi-  
ro offerebat?

Vt mulier admoneretur se venire labo-  
rum & periculorum sociam, idem pace  
belloque passuram. Nec enim vxor viro,  
sed vir vxori dotem comparabit, iugata-  
que boues & frenatum equum cum gladio  
& frama dabat, vt agriculturam & bellu.

3. Quis digitis computant vxores?

Sene, qui digitis computant pecuniam,  
quam in dotem afferunt.

4. Cur quandoque à Sede Apostolica dispensatio  
obinetur, vt liceat contra leges cum Ecclē-  
siasticas tum ciuiles atque imperiales cum

*consanguineis contrahere matrimonium?*

Ad peccati excusationem, & conscientie stimulum tollendum, nõ autem quod Deus per eam det gratiam & prosperum in tali coniugio successum. Videtur enim ipsa natura talibus repugnare coniunctionibus, & velle vt sanguinis & affinitatis habeatur ratio. Hinc S. Ambrosius à quodam amicorum suorum consultus, an filiũ nepti suæ elocariliceret (lib. 8. epist. ad Paternum) seuerissime ipsum in quadam epistola increpuit, ac reprehedit, quod hoc cogitasset, consulens ne attentaret, quandoquidem infausta & maxime sinistra futura esset ista coniunctio, & concludens epistolam ait: *Oportet ab ea intentione discedas, qua etiam si liceret, tamen tuam familiam nõ propagaret.* Regibus tamen, Principibus, Ducibus, alijsque magnatibus & illustribus viris certis de causis ipsam Rempubl. Christianam concernentibus, indiuidua vitæ societas cum propinquis & consanguineis inire permittitur, & optimo iure cum illis Apostolica sedes ad secundum vsque gradum iuxta Conc. Trid. decret. (sess.

24. c. 5.) dispensat, quam tamen dispensationem idem Concilium priuatis hominibus quantumuis honestis, nisi grauissimæ & iustissimæ causæ inciderint, denegat, & coniugia talia sub graui pœna interdicat.

*5. Vnde conijcitur magis gignatur an femina?*

Cùm dextra mamma amplior est ac tumidior quàm sinistra, eiusque pupilla nigrescit ac tenditur, & lacte citius stillat, venæ atque arteriæ magis implentur ac tumet, sub lingua præsertim, mas est; femina cum gestatur, sinistra omnia firmiora magisque conspicua, & papillæ mammarum flaccidiores. Io. Fernel. lib. 6. de partium morb. & sympt. c. 17.

*6. Cur maribus citius pubescunt, nuptiis apta sunt, & pariunt femina?*

Quia mulier infirmior, frigidior, & breuioris vitæ est: at infirma facilius celeriusque perficiuntur, vt poma debiliora citius maturescunt quam robusta. Huc pertinet Xeuclidis eximij pætoris facta responsio

Agatharcho pictori, cum enim hic gloria-  
retur (vt est apud Plut. in Pericle, & lib. de  
multorum amic. & Val. li. 3. c. 7.) se citissi-  
me pingere, argueretque tarditatis illum,  
scite respōdit, tu tempori, ego pingo eter-  
nitati, vel vt Plu. ait: *μακρῶ χρόνῳ*. Cito na-  
ta, cito pereunt, diu elaborata ferunt a-  
tatem. Bera cito nascitur, buxus paulatim.

CAPVT XV.  
DE CAELO.

1. *Quomodo beati in caelo sunt possessores, vt lo-  
quitur Christus Luc. 13. decem  
ciuitatum?*

**S**unt hæredes ac possessores regni cæle-  
stis, in quo nouem chori Angelorum  
cum omni Sanctorum exercitu, velut de-  
cem efficiunt ciuitates. Discamus nos sola  
harum ciuitatum gaudia esurire.

2. *Parte sui meliore (secundum animam) ha-  
res quis adibit olympum?*

*Qui pure superis hinc conciliatus abibit, qui in  
statu gratiæ moritur, hoc est nulli peccato  
in tali obnoxius est.*

CAPVT XVI.  
DE CONSCIENTIA.

1. *Quare nocens se iudice nunquam absol-  
uitur?*

**Q**uia semper accusatur & condemna-  
tur à conscientia mentis suæ. Iuuenal.  
*Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi  
Displicet auctori, prima hæc est vitio, quod se  
Iudice nemo nocens absolvitur.*

S. Chrysof. in Psal. 50. *conscientia impiorum  
magna pena est.*

2. *Estne bona conscientia quicquam  
timere?*

Sicut echinus aut ericius surrigens vn-  
dique fetas in medio adlatrantium canum  
liber conquiescit, ita bona conscientia, in-  
nocentiæ tecta velamine inter omniū ho-  
stium insultus & insidias immunis, & tuta  
est.

3. *Quinam tranquille viuunt?*

Socrates hoc interrogatus, respondit:  
illi qui nullius absurditatis sibi conscij  
sunt, ideo & Phocion Atheniensis dicere so-  
le-



solebat illum longè commodius suauius-  
que dormire etiam humi cubantem, qui  
bono & securo est animo, quam qui intus  
conscientiæ stimulis augitur, etiamsi au-  
reo lecto decumberet. Anton. in Melissa  
par. 2. ser. 77.

4. *Quis quæso anxiferam petis agramento  
querem?*

Cui lucem exactam combusit praua cupido,  
seu qui diem iuxta cupidinis suæ & prauæ  
voluptatis dictamen exegit. Post obseque  
confortia, & impuræ libidinis expletio-  
nem, aliaque peccata sequuntur, cordis a-  
maritudo, conscientia remorsus, capitis  
& mentis dolor, inquietudo animi, phan-  
tasiae terribiles & horrendæ per noctem  
species, ac malorum nostrorum incentor  
diabolus præ gaudio excitat plausum. Tã-  
tæ miseriæ pro modico stultitiæ, pro gut-  
tula lætitiæ, & mica vanitatis. Spinis indor-  
mit, qui cum mala conscientia quietem  
petit. Pythagoras dicere solebat, virum i-  
niquum plus pati mali afflictum consci-  
entia, quàm eum qui corpore castigatur &  
æditur, Stobæus ser. 22.

S. QUAM-

5. *Quando dicitur propria conscientia ali-  
quem damnare?*

Cum eum certo peccati mortiferi licet  
vnius tantum redarguit, cuius eum non  
penitet, neque confiteri proponit, is enim  
in statu damnationis est, quod non igno-  
rat conscientia, & propterea iudicat qui  
talis est, eum regnum Dei non posse nan-  
cisci. Sic vir quidam, ait ven. Beda lib. 5. h. 1.  
Ang. c. 14. officio militari Regi Coenredo  
charus, sed salutis suæ negligens à Rege sa-  
dulo admonebatur, vt peccata confitere-  
tur, & emendaret priusquam inopinata  
morte præoccuparetur. Verù ille monita  
salutis spernebat, seq; aliquando peniten-  
tiam acturum promittebat. Interim in egri-  
tudinè incidit. Rex iterum, vt vel tunc cõ-  
fiteretur, hortabatur, respõdit, se iã nolle,  
ne metu mortis id fecisse diceretur, se, vbi  
sanitati foret restitutus, cõfessurum promi-  
sit. morte instate iterum à Rege admonitus,  
clamauit miserabili voce: quid vis modo?  
quid huc venisti? nõ enim mihi aliquid v-  
tilitatis aut salutis potes vltra conferre, at  
ille, nolite ita loqui, vide vt sanum sapias. Nõ,  
inquit,

inquit, infansio, sed pessimam mihi conscientiam certus ante oculos habeo. Narrataq; Angelorum & dæmonum visione, sentiensque quasi duos dæmones in viscera irrepentes, desperans efflauit animam.

6. *Quid hominem moribundum anxium reddit & turbulentum?*

Conscientiæ malæ remorsus. S. Aug. in 7. Psalm. *Pœnit. Nulla est maior afflictio quam conscientia delictorum.* Cic. pro Milone: *Magna est conscientie vis in utramque partem, ut nec timeant, qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccauerint.* Caligula tyrannus caput intra lectum abscedebat præ metu, dum audiret tonitru: in tantis angustias ipsum adigebat conscientia impiæ vitæ. Postquam Cain occidisset fratrem suum, posuit in illo Deus continuum tremorem, qui trepidantis conscientie euentissimum esset toti mundo argumentum.

7. *Cur interdum etiam nonnulli Sancti, & intus bene constituti exterius sub mortem valde agitantur, & tandem tranquille conuiescunt?*

Exhi-

Exhibet enim se non raro malignus spiritus horribili specie comminans, mira iactans, licet nihil ibi iuris habeat, ut quos nequit abripere, perterreat saltem, sic S. diuexabat Martinum.

8. *Quando maxime se prodit vermis conscientia?*

Vbi vel senior ætas, vel mors ingruit.

## CAPVT XVII.

### DE CRVDELITATE.

1. *Cur Deus impium Nabuchodonosor seruum suum appellat?*

**Q**uia minister & executor erat diuinæ iustitiæ. Sic & Alarichus Gothorum Rex Romam proficiscens, ab Eremita quodam rogatus & admonitus, ne manus suas sanguine inquinaret, aut de perditione innocentis populi lataretur, respondit: Ego inuito plane animo Romam proficiscor. Sed est quidam qui me quotidie molestat, immo vi impellit, & sic alloquitur: iter capessito, Romam urbem vastato. Attila Hunnorum Rex (Naucl. l. 2. vol.) seipsum me-

metum orbis, & flagellum Dei, & Tamer-  
lanus se iram Dei nuncupabant. Attila cū  
in Trecentos duceret exercitum, S. Lupus  
ciuitatis eiusdem Episcopus Pontificali  
habitu decoratus cum suo clero obuiam  
uenti processit, & coram illo admittus,  
ait; *Tu quis es, qui terram dissipas, & conculcas?*  
Cui Attila: Ego sum Attila Rex Hunno-  
rum, flagellum Dei. Ad quam vocem iuf-  
sit Episcopus portas ciuitatis aperire, di-  
cens: *Bene uenerit flagellum Dei:* & induxit il-  
los in ciuitatem; sed Dei iudicio statim ut  
ingressi, omnes cæcitate percussi sunt, &  
transeuntes per mediam ciuitatem, nemi-  
ni damnum, vel mali quippiam intulerūt.  
Et si enim Attila flagellum Dei esset, no-  
luit tamen Deus ut flagellaret illos qui  
ipsum cum summa patientia & humilitate  
acceptassent.

## CAPVT XVIII.

DE DOCTIS ET DOCTRINA  
SEU ERVDITIONE.

1. Cur doctos oportet interesse concionibus?

1. Ut

1. **V**T discant noua. 2. ut refricent ve-  
terum memoriam. 3. ut ardeant cu-  
piditate faciendi, quæ iam pridem norūt.  
4. ut stimulent oratorem sua præsentia.

1. Ut discant. Christus et si ipsa esset sa-  
pientia, tamen in medio sedit Doctorum.  
Paulus postquam multos iam annos gen-  
tes docuerat, audiit Petrum. Cicero de O-  
ratore ait, se omnes Oratores sui tempor-  
is audiuisse. D. Hierony. ad Paulin. Plato  
etiam postquam iam Athenis dudum do-  
cuisset cum gloria, peregrinatur mendi-  
candæ scientiæ gratia. Idem ibidem de  
magno Apollonio ait: *Inuenit ille vir ubique  
quod disceret, & semper proficiscens, semper se  
melior fieret.*

Michael Baius Louaniensis Doctor aie-  
bat, se nunquam sine fructu rediisse è cu-  
iusquam vel imperitissimi concione.

2. Labilis hominum memoria auditi-  
one crebra confirmatur.

3. S. Hieronymus ad Paulinum. Habet  
nescio quid latentis energiæ uiua vox,  
& in aures discipuli de authoris ore  
transfusa fortius sonat. Vnde & AES-  
chines

chines cum Rodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam sua verba resonantem? Dauidis Prophetæ voluntas ad pœnitentiam non est mota, nisi audito sermone Nathan. 2. Reg. 12.

4. Excitat auditor studium. Quod equis generosis tubæ, hoc concionatori doctus auditor & frequens.

2. *Utrum scientia an vero ignorantia inflat?*

Scientia inflat, ait Apost. 1. Cor. 8. *charitas vero adificat.* Quid ergo? (ait August. serm. 53. de verbis Dom.) *scientiam fugere debetis, & electuri estis nihil scire potius quam inflari? Ne quid vobis loquimur, si melior est ignorantia quàm scientia? aut quid vobis disputamus? ut quid quod vobis admonemini? quod non nostis inferimus? Scientia cauenda est ne inflat, ergo amate scientiam, sed anteponite charitatem, Scientia si sola fit inflat; quia vero charitas adificat, non permittit scientiam inflare. Ibi ergo inflat scientia, vbi charitas non adificat, vbi autem adificat, solidata est. Non est ibi inflatio vbi Petra est fundamentum.*

Quando

Quando autem tentat inflatio, hoc est, elatio? vique vbi & quando charitas deest. Hæc August. Ignorantia vere mater est superbix, quia si animus sese cognosceret, non facile se extolleret. Adde ignorantiam cum superbia magnum habere commercium. Omnes enim, ait Cicero 1. de offic. *trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem, in qua excellere, pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi & malum & turpe ducimus.* Hinc fit, ut ignorantes, qui minus æstimari quàm cæteri nolint, exigua sæpe ostentent pro magnis, ne ignorantes habeantur, quod eruditis non accidit. Ut enim Reges aut Principes, alijque ex illustri genere orti, non egent veste elegantiori perquam nobilitas stemmataque eorum appareant, illis abunde est in omnibus esse perspectum: sic eruditis ostentatione opus non est, immo vero excellens eruditio magnam ad humiliter de se sentiendum faciem præfert. Quod enim quis in aliquo scientiæ genere plus profecit, eò plura sibi deesse ex hac cæterisque scientiis cognoscit, meritoque se discipulum & tyronem reputat, cum

D

immen-

immensum pelagus scientiarum illi sese obijciat, cui vixdum digitum immerfisse sibi persuadet. P. Ioan. Crombecius in præfat. li. 1. de studio perfectionis.

3. Quo referenda sunt quæcunque discimus  
& scimus?

Ad praxin. Cognitionis finis est actio, alioquin manca & inanis scientia omnis reputanda est. Matt. 5. Non qui sciuerit aut docuerit, sed qui fecerit, hic magnus vocabitur in regno calorum. Hinc Sancti non exultant cum cognoscunt quæ faciunt, sed cum faciunt quæ cognoscunt. S. Greg. 22. moral. c. 4. Non est securæ latitio in diuinis paginis vel fortia, vel multa cognoscere, sed cognita custodire. S. Franciscus dicebat: Tantum scis, quantum operaris. Verius certo scit vir bonus & rudis quid sit virtus, quam malus & doctus, & quid prodest malo sciëntia? nec verè scit, tametsi argutè differat: nam in peccato semper inest cæcitas: an non melius nouit quid sit pingere, qui imperitè de pictura disputat, perite pingit, quam qui doctissime disputat, indoctissime & lineas ducit, & colores inducit?

4. Quod

4. Quodnam est pulcherrimum animal?

Socrates hoc interrogatus, dixit: Homo doctrina ornatus.

5. Cur pauci emergunt vitiorum fluctibus hausti?  
vel cur tam exiguus est concionum  
fructus?

Non adhibere manus, tantum bona discere curant,  
Scire volunt omnes, sed rectè viuere pauci.

CAPVT XIX.

DE DIABOLO.

I. Quid demon? Erebi quid inaspectabile  
monstrum?

**A**ngelus altiuoli corruptus labe tur-  
moris.

2. Cur vocatur Apoc. 12. & 13. bestia?

Nam licet (teste Diuo Dionysio de diu. nomin. ) omnes suas dotes naturales etiam post lapsum integras retinuerit, ac propterea neque natura sua bestia est, neque per peccatum mutatus in bestiam, propter irrationabilem tamen peccati naturam, & propter nequitiam malitiamque ferociam, quam assumit, quaque vitur, etiam bestia.

D 2

bestia

bestiarum ad hoc formam induendo, merito dicitur bestia & monstrum, immo Behemoth, hoc est, bestia bestiarum. S. Chrysof. hom. 50. ad pop. Antioch. ait: Satan ex hominibus bruta facere studet, immo feras, quin potius dæmonas. Si homo propter peccatum similis factus est insipientibus iumentis, multo magis diabolus qui peccatum inuenit, bestię nomen sortietur.

3. *Damoni & hæretico quid quadrat rite duobus?*

Ille polo, hic fidei sacra corrui arce, hoc est, diabolus è cælo corrui, hæreticus verò ex Ecclesia: ergo affines sunt in lapsu. S. Greg. in pastor. par. 2. cap. 6. ait: *Apostat a angelo similis efficitur homo, qui hominibus esse similis de dignatur.* Quod maxime accidit omnium superbissimis hæreticis, ergo & in causa ruinæ, superbia, similes sunt. Ad hæc ut veteriosi illi angeli è summa sua felicitate ac beatitudine deciderunt, quando cælestis regionis extorres facti sunt, ita & hæretici omni sua felicitate se spoliârunt, quando Ecclesiam velut suum in terris cælum

lum dereliquerunt, ergo & in iactura pares sunt. Insuper vti Satan etiam alios semper ad ruinam impellere conatur, eidemque malo implicare: ita & hæreticorum hoc studium est, ergo & in nocendi nequitia sunt pares.

4. *Qui sint charissimi fidelissimiq; filij Diaboli?*

Hæretici, ob singularem in multis cum patre suo similitudinem.

5. *Quod est præcipuum studium diaboli & hæreticorum?*

*Ad pbligetant eas animas auertere flammis, seu animas ad gehennæ flammis pertrahere.* Ezech. 13. *Qui consuunt, &c.* Iere. 5. *Inuunt, &c.*

6. *Cur diabolus comparatur cani catenato?*

Quia fides nostra est Christum illum debellasse, eiusque vires contudisse, ita vt nihil nobis nocenti queat inferre, nisi nos ei in malum consensum præbuerimus. Quando namque desiderabilem illum in Christo bolum latente intus diuinitatis atque innocentie hamo, iniquo & auarorictu momordit, & morte illum turpissim

ma atque indigna afficiendo deglutiuit, ita tum liuidas suas fregit fauces, ita dentes effracti ac molares omnes cōtriti sunt, vt deinceps factus edentulus, non amplius mōrdeat, sed labris blandiri tantum ac lābere valeat. Non enim potis est quēquam ad peccatum nolentem impellere, sed venit tantum blandis suggestionibus illicere, & suauiloquentiæ fallaciis, quasi in laqueum dulcibus sibilis aues inducere. Ob id cani catenato comparatur, qui vt latret, ringatur, frendeat dentibus, propriis se faucians morsibus sanguinolentos prētendat rictus, te quē quasi inuasurus insultet: certus es tamen quam diu intra catenæ extentæ spatium te non immittis, illum ne hilum quidem tibi posse nocere. Si dentem tibi vel vnguem infixerit, certe non est quod cuiquam alij quam tibi imputes, quia intra facultatis eius nocendi limitem ac quasi horizontem te ingressisti, extra quem futurus eras immunis.

7. *Quomodo eius tentationi facile resistitur?*

Ido. lib. 3 c. 5. de summo bono; *Diabolum serpens est lubricus, cuius si capiti, hoc est, prima*

*me suggestioni non resistitur, totus in intima cordis, dum non sentitur, illabitur. Paulatim serpit, da digitum brachium vsurpabit. Vigili igitur custodia opus est in principio tētionis, seu ad peccatum impugnationis, & ad Deum per preces confugiendum est, antequam serpenti malo in cor per delectationem, & præsertim per consensum ingressus est concessus.*

*Qua nimis apparent retia vitæ at auis.*

Qui hostis minimo æris sono, vel tubæ clangore, aut etiam vocis clamore arceri procul poterat non admissus, si intra limina pedem ponat (per portam intromissus, vel per cuniculos illapsus) quantæ molis erit, quanti sanguinis, qualium copiarum admissum eiicere?

Sicut quando proditoriis literis in urbem vel castra ab hoste submissis, ducum civiumue animi ad defectionem sollicitantur, consultum est litteras eiusmodi non aperire, nec vel inscriptionē legere, immo vel nō accipere, vel eis acceptis, & in focū cōiectis, nūcio suspendiū minari si redeat: ita tutissimum est primas tentatoris blan-

ditias ne vel aspectu dignari, auersari inscriptionis titulos, promissas opes, & quicquid animum in malum potest inflectere. Alioqui si explicare clausas inceperis literas, considerare & ponderare quæ splendide promittuntur, incipies affici, & specie boni inescatus, non facile erit reuocare pedem. Obseratas itaque literas, totamque tentationem in ignem charitatis Christi conuicito, & nuncio, hoc est, sensualitati minare suspendium, teque illum per pœnitentiam castigaturum.

8. Cur odit galli cantum?

1. Quia is nos ad Dei laudem excitat. 2. quia peccata quæ populo suo nox texerat, solari lampade dispelluntur. 3. quia Christi resurrectio, qua collisus est, post noctis medium contigit. 4. quia meminit pœnitentiæ S. Petri ad galli cantum inchoatæ, & electissimi sibi holi erepti. Et leo gallû pauit at canentem. Lucret. lib. 4. præcipue gallum altum mirum in modum perhorrescit. Hinc Lucretius de gallo:

*Quem nequeunt rabidi contra constare leones.*

9. Cur hominem tentat?

Vt gladiator, qui caput hostis ferire non potest, corpus aut membra appetit, sic diabolus cum Deum lædere non possit, hominem Dei imaginem inuadit. Aug. in ser. communibus ser. 4. *Posuit aduersarius noster in celo bellum, in paradiso fraudem, odium inter primos fratres, & in omni nostro opere L. I. ania seminauit. Nam in comestione posuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignauiam, in conuersatione inuidiam, in gubernatione auaritiã, in correctione iram, in præfulatu siue dominatione superbiam, in corde posuit cogitationes malas, in ore posuit locutiones falsas, in membris operationes iniquas, in vigilando mouet ad praua opera, in dormiendo ad somnia turpia, letos mouet ad dissolutionem, tristes autem ad desperationem.*

10. Quid proculcauit caput eius?

Hoc pes mulierculæ fecit, in Gen. cum dicitur serpenti: *Ipsa conteret caput tuum.* Hinc aliquando dicebat ad S. Antonium: Ego ad nihilum sum redactus, quia iam in cunctis partibus regnat Christus. S. Augu.



in Psal. 63. *Alligatus est diabolus ne faciat quantum potest, aut quantum vult.* S. Ambro. lib. de parady. cap. 2. *Accipit tentandi licentiam diabolus, non accipit subruendi copiam.* S. August. ser. 197. de temp. *Alligatus est tanquam innexus canis catenis, & neminem potest perdere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videre fratres quam stultus homo ille, quem canis in catena postius mordet. Tu te illi per voluptates & cupiditates saculi noli coniungere, & ille ad te non presumet accedere. Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit.*

### II. Unde dicitur diabolus?

Α διαβάλλω, traduco, infamem reddo, defero. Lactantius in inst. quod crimina ad quæ ipse allicit deferat. Theoph. in 4. Matth. quod incuset & infamet Deum apud Adam, dixit enim illi, Deus vobis invidet, & nunc virtutem apud nos calumniatur.

### 12. Quo artificio vititur cum nos tentat?

Licita, necessaria, parua proponit, vt tãdem

dem ad illicita, superflua & magna pertrahat. Isidor. lib. 3. de summo bo. cap. 5. *Tentationum diabolicarum initia sunt fragilia, quæ si non cauantur, sed per vsum in consuetudinem transeant, in nouissimu fortiter conualescunt, ita vt nunquam aut cum difficultate vincantur.* Sic & hæretici non statim suadent discessionem ab Ecclesia, sed initium fumunt à re exigua, & cuneum istum malleorum idibus tam diu pulsant, donec quercum annosissimam findant.

### 13. Quibus vinculis ligatus est ne noceat?

Potentia Dei (Matt. 18.) & libero hominis arbitrio.

### 14. Cur à Gregor. Nazianz. orat. in S. Bap. dicitur lator scripturarum?

Quia citat scripturas, non in veritate, sed ad homines decipiendos. Damasc. lib. 3. orthod. fidei, c. 7.

CAPVT XX.  
DE DEO.

I. An & quomodo scit Deus quid agant  
homines?

**P**Salm. 93. *Qui plantauit aurem, non audiet, & qui finxit oculum, non considerat? Dominus scit cogitationes hominum.* Psal. 118. *Omnes via mea in conspectu tuo.* Prou. 15. & 16. *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Respicit Dominus viam hominis, & omnes gressus eius considerat. Omnes via hominum patent oculis Domini, & spirituum ponderator est Dominus.* Psalm. 32. *Finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.* Mant.

*Et videt, & iusta librat Deus omnia lance.*

2. Cur Ecclesiastes Salomonis ait cap. 12. v. 13.  
Deum time, & mandata eius obserua,  
hoc est enim omnis homo?

Quia perfectus quisque erit, si Dei mandata obseruauerit, Rom. 13. *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Collo. 3. *Charitas dicitur vinculum perfectionis.*

3. Licet ne secreta Dei perscrutari?

Prou. 25. *Qui scrutator est maiestatis, opprimetur*

metur à gloria. Legimus Eremitam quendam Deum exorasse, quatenus secreta sua iudicia ipsi declararet, ad quæ Deus Angelum in forma alterius cuiusdam Eremitæ misit: qui eum rogauit vt ad alios eiusdem eremi cultores inuisendos sibi comes esset, quod & fecit. Cum verò alterius S. monachi cellæ appropinquarent, & ab ipso cum maximo gaudio excepti, quam humanissimè tractati fuissent, angelus eidem in discessu amphoram aquariam furripuit. Monachus ereptam sibi amphoram aduertens, puerum quendam post illos misit, qui eam supplici prece repeteret. Angelus adolescentem occidit. inde ad alterius inepti monachi cellam accesserunt, qui etsi eos vix suscipere dignaretur, postero tamen die angelus eundem amphora priori Eremitæ erepta donauit. Videbat hæc comes angeli, & haud parum scandalizabatur. Ad quem angelus: Desiderio, inquit, magno desiderasti scire secreta iudiciorum Dei, ideo ad te missus sum, vt ea tibi reuellem: monachum pium amphora spoliaui, quia nefas est rem malè & iniuste

acquisitam à tam sancto viro possideri, licet per ignorantiam sine peccato ipsam possideat, quia furto quandoque sublata eidem donata fuit. Non bene autem morato monacho eam tradidi in suimet penam: puerum occidi vt saluaretur, siquidem in momento isto in gratia Dei erat, quem nisi interemisssem, eadem nocte parente & spirituali animæ suæ Rectore trucidato perpetuis inferni pœnis mancipatus fuisset. His dictis Angelus disparuit; Eremita autem nunquam deinceps secreta Dei iudicia perscrutari & iudicare præsumpsit.

4. *Quomodo Deus res omnes disponit, & gubernat?*

S. Grego. 25. moral. c. 19. *Sic intendit Dominus singulis, ac si vacaret à cunctis, & sic simul intendit omnibus, ac si vacaret à singulis.* Eiaix 49. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, &c. in manibus meis descripsite.*

5. *Cur huic ita suadet, vt persuadeat, illi autem non?*

Respondet S. Augu. de spir. & lit. c. 34. duo;

duo. 1. ex cap. II. epist. ad Rom. *O altitudo diuitiarum, &c. 2. Nunquid iniquitas apud Deum? nulli quicquam debet, & omnibus sufficientem gratiam immittit. Si quis se trahi non sentit, is oret, ait S. August. tra& 26. in Ioan. vt trahatur, facienti enim quod in se est, Deus minime denegat gratiam.*

6. *Quoties de Deo cogitandum?*

Hugo de S. Vi&. inst. mon. lib. 3. de anima c. 3. sicut nullum est momentum, quo homo non vtatur ac fruatur Dei bonitate, & misericordia: sic nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria.

7. *Quomodo nos sumus in Deo?*

1. Vt spongia in mari. 2. instar piscium in vasto mari gratiæ diuinæ immerfi. 3. sumus in Christi corpore mystico. 4. eius præsidio protecti. 5. contemplationi addicti sunt in Deo instar auiculæ in sole & ære eleuatæ. Crombec. de Ilu. perf. li. 2. c. 8.

8. *Estne Deus omni ex parte perfectus?*

Qui nescit Deum esse perfectum, nescit se à Deo esse profectum.

## CAPVT XXI.

DE DIVITIIS SEV BONIS  
TEMPORALIBVS.1. *Qui sunt inimici diuitiis?*

**D**iaabolus, mundus, caro, & ipsæ opes, quarum adulatione & vana spe deceptus in grauisima corrui peccata. Hinc Syr. II. c. Si diues fueris, non eris immunis à delicto.

2. *Cur S. Iob c. 28. afferit diuitem apertis non clausis oculis dormire?*

Quia vt ait Gregorius lib. 8. mora. c. 10. quando corpus obdormisset in morte, tunc anima euigilat in vera cognitione, tunc enim nihil esse conspicit, quod tenebat, & omnes res huius mundi non esse aliud quàm representationem & figuram vanam, Deumque maximam iis præstare gratiam, quibus in hac vita laqueos & impedimenta subtrahit diuitiarum. Verba S. Iob sunt: *Diues cum dormierit nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet.*

3. *Quis diues?*

Seneca Ep. 16. Si ad naturam viues, nunquam

## De Diuitiis seu bonis temporalibus. 29

quam eris pauper: si ad opinionem nunquam diues. Exiguum natura desiderat, opinio immensum, quam si secutus fueris, quò plus habueris, eò plus desiderabis.

4. *Quid consolabitur nos in amissione diuitiarum?*

Senec. in excerptis: Pecuniam perdidisti, fortassis te illa perdidisset: pecuniam perdidisti, sed habebis inde periculi minus: pecuniam perdidisti: o te felicem si cum illa auaritiam perdidisti, &c. perdidisti pecuniã, quam vt tu haberes, alius non perdidit.

5. *Cur fama pluris facienda quam opes?*

Quia multos videmus spoliatos opibus propter aduersam famã, & alios propter secundum & fauorabilem rumorera locupletatos. Virtus autem pluris quam fama æstimanda est.

6. *Cur stulta est de alienis superbia?*

Quia absonum videtur, si ob eas res extollas, quæ tuæ non sint, alienum autem est, nostrum non est, quicquid adimi vel tolli potest, vt fortuita & corporea. Solus animus est noster. Quod cõmodauit, fortuna

tuna tollet: quod mutuauit natura repetet, quod parauit virtus retinebis. Salust. Præclara virtutis facinora sicut anima ipsa immortalia sunt.

7. *Cur diuitia dicuntur iniuria pignora?*

Quia plerisque fit iniuria vt tollantur opes. Nulli periculo propiores diuitibus.

8. *Cur nunquam vacant bona ecclesiastica?*

Quoniam Dominus eorum est Christus. Ecclesiæ enim patrimonium est etiam Christi.

9. *Cur diabolus in momento temporis (Chryso. & Ieronymus in puncto) Christo ostendit omnia regna mundi?*

S. Ambros. lib. 4. in c. 4. Luc. in momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpe honor sæculi abiit antequam venerat. Quid enim sæculi potest esse diuturnum cum ipsa diuturna non sint sæcula?

C A P V T XXII.

DE DETRACTIONE.

¶ *Quo diuinã cuneo, absentes qui rodere gaudēt?*

*Nos ipsos primum, dic, concutiamus ad vnguē.*  
Opti-

Optimum detractionis amuletum seu remedium est, attende tibi, te ipsum primum expende, & obserua, satius est tua excutere quàm aliena. Si se in speculo cacabus contempleretur, suamque nigredinem attenderet, non hanc ollæ exprobraret iuxta hunc versum: *Vt tibi tam nigra dicebat cacabus olla.* Omni enim vitio carere debet, qui in alterum paratus est dicere. Ideo recte de recto & Ioripede Iuuenal. satyr. 2. *Ioripedem rectus derideat, Æthiopem albus.* Hoc enim videtur tolerabile, quanquam apud Christianos nec id liceat: sed minus, neque tam absurdum est, quàm si claudum claudicans, & nigrum ater irrideat. Qui diligenter videret quid ad bonam expurgationem & culturam proprii horti desideretur, ei forte non multum temporis superpeteret ad alterius hortum perlustrandū, perferutandum & corrigendum.

2. *Ad quid conducit in propria vitia oculos conijcere, eisq; exstirpandum animum applicare.*

1. *Qui hoc facit, eius hortus cultior euadit.*

dit. 2. suę infirmitatis contemplatione miseretur alterius, neque per propriam suorum oculorum trabem acute festucam in oculo fratris cernit, sed eum pudet id in alio accusare, quo ipse laborat. 3. animę suę à noua plaga detractionis parcat, & eum qui auditu vulnerandus erat, præseruat, & famę proximi non infert iniuriam,

3. *Cur lingua detractoris comparatur triplici lancea loab, qua Absolonem à quercu pendentem traiecit?*

S. Bernar. in serm. Nunquid non lancea est lingua ista? (detractoris) profecto acutissima, que tres penetrat ictu vno: illum qui loquitur, eum qui audit, & illum de quo fit sermo detractoriu. Tres certe vno ictu vulnerantur, dum lingua detractoris trifulcum suum speculum expromit, & proximi lancinat exultimationem. Chrysostr. ad populum Antioche, num docet, detrahere esse peius, quam humanas carnes comedere.

4. *Cur restitutio famę per detractionem demigrata est difficilis?*

Si cui rem, vestem, aut pecuniam auferas,

ras,

ras, facilis reperitur occasio refarciendi, at nihil vnquam serius, imperfectius aut etiã periculosius, quàm fama læsa restituitur. Detractor tenetur 1. ad reparationem damni, si quod per eum diffamatus incurrit, 2. ad famę reparationem, vt ad omnes apud quos detraxit vadat, & si falsum imposuit, dicat se falsum imposuisse; si verum dixit diffamando, dicat se male dixisse, & iniuste diffamasse, nisi forte timeretur maior secutura diffamatio, & iam obliuione sepultorum peior renouatio.

5. *Ceda aliquot detractionis remedia.*

Sermonem abrumpere, aut media te subtrahere turbe. Mali ac pertinaces morbi non facile curantur, nec vno tolluntur remedio. Si igitur ei qui detractionis pestem vult impedire, non sufficiat consilium in prima quæstione datum, vt se prius & sua consideret, quàm aliena scrutetur, satis esse domi quod corrigat, tamen si aliena non discutiantur; necessum est vt vel filium detractionis abrumpat, aut inde se subducatur. Suaue est quando ita in alium sermonem narran-

narran-

narrantis oratio transfertur, vt ipso detractore, & alijs adstantibus non percipientibus artificium, de alia prorsus re instituat narratio, quam cœptum erat, dum saltem aperte hoc modo dicere non lubet: Sinamus ista, de alijs rebus misceamus sermonem. Dum quis præfente Thoma Moroprimaryo Angliæ Cancellario detractiõni laxare linguam incipiebat, ipse mox arrepta alicunde occasione virulentum illum sermonem alio diuertebat, meliorem subintroducto, aut saltem non malo. Expli gratia inquebat: Dicat quisque quod volet, ego dico domum illam pulcherrimè exstructam, eumq; qui fecit excellentem esse in sua arte magistrum atque architectum. Hoc modo suauius ei malo remedium adhiberi potest, si que iterum ad detractionem redeatur, paulo apertius indicare licebit, non libenter illa audiri, optarique potius vt de alijs habeatur oratio.

Tertium remedium, si priora non profecerint, esse potest vt inde te subtrahas, & facto, seu vultu seueriore ostēdas te tuas

aures

aures custodire velle ab istis sordibus. Sanctus Hieronymus in caput vigesimum quintum Prouerbior. ait: *Si hilaris vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendū, si verò tristibac audias, discit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri.* Obfirmatus ad sua verba reperiat detractor aurium fores. Nam Salomon Prou. 25. cæ. ait. *Ventus aqulo dissipat flumias, & facies tristis linguam detrahentem.* S. Hieronym. epistol. ad Nepot. *discat detractor dum te videt, non libenter audire, non facile detrahere, nemo inuito auditori libenter refert.* Quemadmodum enim si quis imprudens in capsulam foraminosam puluerulento repletam nigrore aliove puluere, calamo vel canna inflauerit, credo illum destitutum à cœpto, mox vt puluerem præsertim atrum in faciem, os & oculos inde erumpentem persenserit, seque ipse suo flatu scēdārit. Ita detractor cessabit, cum in præmium laboris sui talem audientium intuitum, talemue responsionem acceperit, qualem non expectabat, multoque minus exoptabat.

Aldi

Alcibiades vt linguas hominum in se liberius debacchantes impediret, alioque diuerteret, cani mire specioso, quem magno pretio emerat, caudam penitus abscidit, atque ita passim ire permisit, cumque ex amicis factum quidam reprehendisset, respondit: voluisse se paruo illo errore materiam sui criminandi Atheniensibus dare, vt dum de cane loquerentur, de maioribus que pertinent ad ipsum silerent. Animaduvertebat difficulter fieri, vt qui virtute aut dignitate superemineat, ita hominum linguas compescat, vt aliqua in re male non audiat. Ideo enitendum esse dicebat, vt populo tacere nescio de leuioribus rebus materia loquendi daretur.

Quartum remedium præscribit Syracides cap. 28. cum ait: *Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire.* Tunc aures spinis sepiuntur, cum detractioni ad aures auditum negas, vel licet eas verba verberent, in animi tamen assensum non intromittis, quin potius quasi vel non audiens, vel aliud cogitans, aliudque agens prætereferas, quod vel non intelligas, vel non libenter audias.

audias. Seueritate illa morum, instat spinarum detractoris linguam arcebis ab auribus, iuuabit si spineam coronam Christi in caput tuum vsque ad aures impactam habeas.

#### 6. Quid est proximo detrahere?

Nomen eius & famam, seu bonam estimationem (qua tanquam honesto iudicio ornabatur) lacerare, (non secus ac si transeunti clam à tergo chlamydem tunicamue detrahas) & quasi dentibus frustatim discerpere ac laniare. Salom. ait Prou. 23. *Noli esse in conuiujs potatorum, nec in comestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt.* S. Gregorius autem inquit: Carnes ad vescendum conferre, est in colloquutione derogationis verba vicissim in proximorum vitam dicere.

#### 7. Detrahitur ne auribus aequè ac linguâ?

S. Bern. in ferm. *Detractor & libens auditor, vterque diabolus portat in lingua.* Diabolus aequè saltat & in detractoris ore, & in audientis aures. Dum enim libenter audit, assentitur, & dat causam liberius fusiusque



in alterius famam grassandi. Qui furi fere opem, & in actu furandi, & furtum abscondendo, emendo, participando, furemque hospitio excipiendo, pari cum fure poena mulctatur. S. Hiero. ad Rust. mon. Sapiens ait: *Cum detractoribus ne miscearis, quoniam repente veniet perditio eorum: & ruinam viriusque quis nouit?* tam eius qui loquitur quam qui audit loquentem. S. Berna. de considerat. ad Eugen. *Detrahere an detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim.*

## CAPVT XXIII.

## DE EBRIETATIS VORAGINE.

1. *Quæ est ebrietas madida, quæ sicca?*

**M**adida quæ fit ex vino aut cereuisia: sicca, quæ ex immodico aliquo affectu, cum is vim omnem mentis & iudicij consopit, ut ira, lætitia, &c. vtraque hominem extra sepellit, & impotentem sui reddit.

2. *Ebria dum Baccho obruitur, quid turba laborat? (tamoue studio agit?)*

*Ut cure curas a sidant in tartara ouantes.* (le-

to animo). 1. Corin. 6. *regnum Dei non possidebunt.* Iob 21.

3. *Cur asinus melior est ebrioso?*

Quia asinus aquatum ductus, ne verberibus quidem adigi potest, ut plus quam opus sit bibat; post potum ferendis oneribus, perficiendoque itineri aptior est. Ebriosus verò semet potu prægrauat, & tunc nec recte incedere, nec orare, nec boni quicquam facere potest. Chryso. hom. 29. super Matth.

4. *Cur, ut ait Augustinus, qui ebrietatem habet, seipsum non habet?*

Quia à fluctibus & vorticibus quibus absorptus est habetur, immo in nihilum cum ipso peccato redactus est, quo nihil magis nihil est. 1. Reg. 25. de Nabal ebrius percussit eum Dominus, &c.

5. *Quomodo Aegyptij deterrebant conuiuas ab ebrietate.*

In epulis suis cadauer proponebant, vel ut alij malunt, cranium in conuiuium inferebant, tradebantque de manu in manum, dicentes: Hoc simulacrū cernens bibe & latere: talis enim à morte futurus es.

## CAPVT XXIV.

## DE ELEEMOSYNA.

## 1. Quanta est virtus eleemosynæ?

**V**nda velut flammæ, scelerum sic obruit vnda. Syr. 3. Tob. 12. Augustin. in serm. Eleemosyna ardentium criminum globos benevolentia sua fonte refrigerat: & utriquo largit atque obruit incendia delictorum.

## CAPVT XXV.

## DE EDUCATIONE PVERORVM.

## 1. Prætextam pueri bullâ quid suauius ornat?

**P**areat, ora premar, castus pudor imbuat ora. Hoc est, pueros maxime ornant obedientia, taciturnitas & pudicitia seu verecundia: in his adolescens iuxta nominis significationem debet indies crescere, adulescere & proficere. S. Bernar. Persæ severissimis legibus cauebant, ne adolescentiores vel verbis vel gestibus manuum, vel oculorum nutibus, aut alio quopiam modo quicquam committerent, in quo pudor desiderari videretur. Alex. ab. Alex. lib. 2, c. 25.

2. Impia

## 2. Impia quid meruit soboles onerosa parenti?

ipsis ut rapidi populent caua lumina corui. Prou. 30. Decius Imperator cum filiū imperiali diademate proponeret insigniri, renuit filius dicens: Vereor ne si id fiat discam esse filius: malo non esse Imperator, sed humilis filius, quam Imperator & filius in deuotus: imperet pater meus, meū imperium sit parere humiliter Imperati.

## 3. Maiores quid agunt quibus haud censoria virga est? (qui suos non castigant?)

Tarsareis alimenta parant sua pignora flammis.

## 4. Vbi, vel qua corporis parte pueros castigandos docuit natura, ut sapientiores euadant &amp; meliores?

Non super pectus & cor, vbi stultitia teste Salomone Prou. 22. requiescit in pueris, nec super caput, nec super vētrem, sed plane opposita corporis plaga procul à corde sita, perinde ac si posteriori illa microcosmi regione moraretur sapientia, factoque illac per virgarum strepitum assultu sapientia inde emigrans, sursum que

E 3

versus

versus cor ascendens illinc stultitiam pel-  
leret, & cor vt propriam sapientiæ sedem  
occuparet. Atque ita pueri per ætatem in-  
sensati sapientes fierent per disciplinam.  
Noui ego, inquit P. Ioan. David in veridico  
Christiano, ante complures annos pue-  
rum, cui neque morum probitas, neque li-  
terarum studium cordi erant. Rogatus ab  
eius auunculo quid remedij? proposui  
puero sententiam hanc Salomonis Pro-  
22. *Stultitia alligata est in corde pueri, & virga  
disciplina effugabit eam.* Credidit puer, si stul-  
ticia in corde, vbi sapientiæ sedes est, haud  
dubiè sapientiã alibi esse oportet, ibi vir-  
ga adhibeatur, & sapientiã loco cedens as-  
cendet; illa autem ascendente fugabitur ex  
corde stultitia, & solio suo potietur sa-  
pientiã. Primã datã post dies aliquot occa-  
sione, factum est periculum, rogatus ab au-  
unculo sub virgarum ictibus puer, quid-  
nam affulgeret spei, iam incipere sapien-  
tiam loco moueri, & ascendere respondit.  
Tam felici auspicio re illa aliquoties re-  
petita, tandem accrescentibus annis in pro-  
bum doctumque euasit adolescentem, vs  
nihil

nihil nisi summam, & ab eius auunculo, &  
à præceptoribus laudem de illo audierim,  
iamq; adeo in virum egregiũ sit euectus.

5. *Qui virga castigans puerum maiorã facit mi-  
racula quàm virga Moysis &  
Aaron?*

Prover. 22. *Si percusseris puerum virgã, non  
morietur, & animam eius de inferno liberabis.*  
Qui enim te ne in infernum venias præ-  
feruat, quasi te ex inferno manu eductum  
eripit: immo maioris beneficij loco ha-  
bendum est, vt quis præcaueat, ne in aby-  
sum illam incidas, quam si elapsum educe-  
re posset: quia fuisse in inferno etiam mi-  
nimo temporis spatio, inexplicabilis est  
tormenti.

6. *Qui pueri parentibus sunt magno orna-  
mento?*

Bene educati. cùm apud Cornelium  
Gracchorum matrem Campana quædam  
matrona hospitaretur, & ornamenta sua  
pulcherrima sæculi illius illi ostenderet,  
traxit eam sermone quousq; è schola redi-  
rent liberi. *Et hæc, inquit, ornãmẽta mea sunt.*

7. *Quid bona discingens teneros matricula natos?*

*His laqueum molli perituris stamine ducit, vel restim. Prou. 29. Puer qui dimittitur voluntati suae, confundit matrem suam. Magno erat apud Lacedaemones dedecori, dū puer in scholis castigatus domum reuersus conquereretur, si parens eundem non iterum domi corrigeret. Quin immo quisquis vsquam puerum etiam externus peccantem cerneret, & non puniret, eiusdem culpæ reus iudicabatur. Hinc fiebat, vt semper apud eos & proba esset iuuentus, & viris pollerēt egregiis ad priuata & publica gerenda munia aptissimis.*

8. *Ad quas scholas confugiunt delicatuli pueri?*

*Sicut vermiculi in capite acutum fugiunt pectinem, eoque se in asyllum recipiunt, vbi scabiosa pars capitis à pectine libera est: ita delicatuli ad eas confugiunt scholas, vbi vix quid virga sit, notum est.*

CA-

CAPVT XXVI.  
DE ELEMENTIS.

1. *Cur Sarmatis cū praesummo frigore vigent, nares, aures, manus, pedes, si vel tangantur manibus calidis, vel ad ignem prope accedant, emortui decidunt: illi si autem manent, si prius in gelidum iniiciunt, antequam igni admoventur, aut niuem applicent?*

**Q**uia frigida dissoluit, tantum non consumit vt calida. Membra corporis rigida cum calore dissoluntur, etiam consumuntur & decidunt emortua; at si tractentur aqua frigida, absque vlla consumptione sensim fit dissolutio. Biscio, horar. sub. li. 9. c. 3.

CAPVT XXVII.  
DE FORMA.

1. *Qua de florenti tibi stat sententia forma?*

**F**los ille ambrosiam modo, cras spirabit auerum. Prouer. 31. Vana est corporis pulchritudo, fallaxque eiusmodi omni gratia.

E 5

2. CUR

2. Cur Theophrastus illam vocat tacitam  
deceptionem?

Quia non solum multos decipit, silenterque in laqueum inducit solo intuitu, ac secreto oculorum spiculo, verum etiam pulcherrima venustas, quæ omnium in se oculos præ admiratione rapit, plurimamque videtur de se polliceri, illa eadem paulo post tacite, & præter omnem expectationem, minimo casu morbi, vel metus, vel meroris, aut alterius occasione leuissima, nonnunquam ita sui possessorem, & omnes qui eam cum stupore suspexerant decipit, ut vix credant eandem esse ita iam deformatam formam.

3. Cur Ovid. ep. 9. ait litem esse magnam pudicitia cum forma?

Quia pudor & castitas valde periclitantur ubi adest pulchritudo, ac si non bene queant consistere nisi cum maximo certamine & discrimine, in quo plerumque superat pulchritudo cum pudicitia detrimento.

4. Quid

4. Quid consolabitur & ad virtutis exercitium  
incitabit corpore deformes?

Euripides dicebat: Deformis sim potius, quam pulcher & malus. Demetrius: Si pulcher es, bene fac; si deformis, natura defectum bonis artibus instaura. Socrates ad discipulos: Si tibi pulcher videris, vide ait, probe viuas; quia dederet pulchrum esse & malum. Si tibi deformis videris, eo rectius te gerito, & corporis defectum morum probitate compensa.

5. Quam enormiter peccant animarum venatrices & venatores, qui ex prava intentione, cum deliberata voluntate ac desiderio alios ad malum trabendi, & ad carnalia desideria pelliciendi forma venustati student?

S. Hieronymus in Epistolâ, Si vir vel mulier se ornauerit, & vultus hominem ad se pronocauerit, etsi nullum inde sequatur damnum, iudicium tamen perietur æternum, quia venenum attulit, si fuisse qui biberet.

E 6

6. Quis

6. *Quis nos docet pulchritudinem instar floris  
mox in fœtorem teterrimum  
conuerti?*

*Eia sepulchreti ferales aspice campos.* Cœ-  
miterij lectio mundi est despectio. Nam  
in cœmiterio (vt & in domo figuli Esai.  
45.) discimus nos lutum & limum terræ  
esse, formam autem testeam & figulinam  
neque in ea gloriandum.

7. *Qui sit vt pulchrit am faciliè ab omnibus  
amentur?*

Aristoteles hoc interrogatus, respon-  
dit, cæci eam interrogationem esse: quæ e-  
nim pulchra sunt, ea vim habent, vt sta-  
tim conspecta omnium sibi amorem con-  
ciliant & adiungant. Græci sua lingua pul-  
chro ex eo indidere nomen, quod omnes  
ad se alliciat: dixerunt enim *καλὸν παρὰ τὸ  
καλῆν*, ὅτι πάντας ἐρ' ἑαυτὸ καλῆν. Testata  
sunt idem vulgata olim prouerbia quæ di-  
cebant, quod pulchrum esset id demum a-  
micum esse. Mur. 4. Var. lect. c. 4.

8. *Quid veteres de forma?*

Plato prærogatiuam naturæ nomina-  
uit,

uit, quia paucis contingit. *Theocritus*, ebur-  
neum detrimētum, quia aspectu quidem  
est iucunda, sed multorum incommodo-  
rum causa. *Carneades*, regnum absque sa-  
tellitio & stipatoribus, hoc est, ἀδοξοφύρη-  
τον βασιλίαν, quia formosi quilibet per  
se impetrant: *Aristoteles* siue *Diogenes*: com-  
mendationem absque Epistola, quia ma-  
ximam vim habet ad commendationem.  
Athen. lib. 13. ca. 7. de Heraclidis historiis:  
ferunt, ait, Archidamum Regem Sparta-  
norum ab ephorio pœna affectum, quod  
cùm hinc mulierem formosam inspexis-  
set, illinc deformem sed opulentam, incli-  
nasset ad posteriorem, cùm dicerent, mal-  
le eum Regulos Spartanis procreare quã  
Reges. Plat. hoc idem narrans, de educat:  
puer. ait, μικρὰν non ἀτρεχὰν, id est, paruam  
non deformem, & βασιλίδας non βασιλίσ-  
κας, id est, reginas pusillas non regulos:  
*Theophrastus* fraudem silentem appellauit,  
quia sine verbis persuadet.

9. *Doce exemplo corporis speciem & cultum plu-  
rimum apud ignarum & rude vulgus habere*  
E 7 virium,

virium, vt vel magnifi. è de quopiam, vel humiliter & seniat, & pro ratione sensus aut honoret aut contemnat.

Pro ratione formæ & ornatu corporis iudicium sepe fieri, de ipso homine lepida hæc Plutarchi demonstrat narratio de Philopoemene duce Achæorum, siue, vt Pausanias, Arcadium. Hic Megaris aliquando ad cœnam à nescio quo inuitatus, & mature nimis domum cum intrasset, eius qui inuiderat vxor cum domesticis in apparatu cœnæ occupata ex vestis tenuitate, & illiberali forma (erat enim fœdo vultu) suspicata famulum esse ab hero suo præmissum, imperauit, vel blande comiterq; vt se iuuaret ad Ducem lautè accipiendum rogauit, vt tantisper, dum veniret dux inuitatus, ligna finderet ad focum. Sedulo Philopoemon opus faciebat, cum superueniēs hospes, qui inuitauerat, reitum nouitate, tum indignitate commotus, pro Iuppiter, inquit, quid agis ô Philopoemôn? cui ille subridens doricè respondit: penas deformitatis meæ soluo.

CAPVT XXVIII.  
DE FIDE.

1. Quis fides est etiam in Deo?

**V**T hoc vocabulum significat virtutem non intellectus sed voluntatis, per quam opere completur id quod promittitur. Quæ virtus etiam dicitur fidelitas & veritas, ad Rom. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? absit. Est autem Deus verax.

2. Qui 1. ad Timot. 5. dicuntur primam fidem irriam fecisse?

Qui votum & promissionem non reddiderunt. Fides enim ibi vocatur promissio, quam fidelitas adimplet.

3. Quis dicitur homo bonæ fidei?

Cuius bona est authoritas seu existimatio, quæ de ipso habetur in stando promissis: sin secus, malæ fidei.

4. Quis intelligis illud Pau. ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est?

Fidē vocat notitiam, qua quisq; sibi conscius

sciū est actionum & consiliorum suorū, hoc est, conscientiam: quasi dicat, quod non est ex bona conscientia, peccatum est.

5. *Quod est primum obiectum, & quasi scopus fidei?*

Obiectum formale quod fidei est Deus vt Deus, seu sub ratione diuinitatis; obiectum autem formale quo, seu ratio formalis sub qua obiecti fidei, est prima & summa veritas Dei (non in essendo sed in dicendo) reuelantis ea quæ creduntur.

#### CAPVT XXIX.

### DE FORTITVDINE.

1. *Quæ est vera Fortitudo?*

**V**itia cohibere, fortuita despiciere, nihil nisi probitatis iacturam timere.

2. *Quis maior quam qui debellat viribus vrbes?*

*Cui cupidos animos rationis frana coërcent.*  
 Prou. 16. *Melior est qui dominatur animo suo expugnatore urbium.* Prosper. *Non caret regia potestate, qui corpori suo nouerit rationabiliter imperare.* Horat. lib. 1. epist. *animum rege. qui nisi*

*nisi paret, imperat: hunc franes, hunc tu compe-  
 ce catenis.* Sen. *Si vis omnia tibi subijcere, subijce  
 te rationi? multos reges si te ratio regat.* Agefi-  
 laus Lac. Rex pluris æstimabat animi affe-  
 ctus domare, quam multissimam aliquã  
 ciuitatem armata manu expugnare. Tur-  
 pe est quod Mantuan. de Hercule ait: *Om-  
 nia cum domuit Veneri, seruiuit & ira.*

#### CAPVT XXX.

### DE FORTVNA.

1. *Quæ fortuna dicitur hamata?*

**Q**uæ nimis blanda est. Quò blandior  
 quò fallacior. Contra stabilissima for-  
 tuna dicitur stultissima. Hinc Publius Mi-  
 mus; *Fortuna nimium quem fouet, stultū  
 facit: adimit enim mentem, & tantis suc-  
 cessibus insolescit animus humanus, vt iã  
 nec alios ferre possit nec se.* Malo, dicebat  
 illa Regina Angliæ, temperatam quãdam  
 & mediam fortunam, quam vel asperri-  
 mam vel leuissimam. Alterutrum tamen,  
 si optandum esset, eligerem citius tristis-  
 simam quàm blandissimam: infelicibus



non deest consolatio, fortunatissimis de-  
est mens.

CAPVT XXXI.  
DE GLORIA.

1. Cur gloria dicitur crocodilus?

**Q**uia ut crocodilus persequentes fu-  
git, fugientes vero acriter persequi-  
tur: ita gloria quærentes fugit, negligentes  
sequitur. Salustius de Catone. Quo minus  
gloriam petebat, hoc eam magis asseque-  
batur.

2. Cur vana gloria dicitur hemerobia?

Quia cito exstinguitur, nec diuturna es-  
se potest. Scribit Arist. ad Hypanen Scytie  
fluuium nasci bestiolas, quæ ad perendi-  
num diem nunquam perueniant, quæ hac  
de causa dicuntur *ἡμεροβία* & *ἡμεροβίαι*,  
quasi diariæ. Plin. li. 11. c. 36.

3. Cur difficilis est custodia gloria?

Quia nisi fundamentis virtutis innita-  
tur, fugacissima est.

4. An studium noue gloria affligit?

Alexand. Magnus flebat auditis victoriis  
patris,

patris, quod metueret sibi claudendam  
viam ad gloriam. Curtius.

5. Qui sunt cupidi gloria, aut facile eius cu-  
piditate tentantur?

1. Pulchri. Ouid. *Fastus inest pulchris. se-  
quitur q̄q̄ superbia formam.* 2. Docti. Cicero s.  
Tusculan. Demosthenes illo iusurro dele-  
ctari se dicebat aquam ferentis muliercu-  
læ, in iusurrantisque alteri; Hic est ille De-  
mosthenes. 3. Diuites. S. Augu. serm. 29. in  
iliud 1. Timoth 6. Diuitibus, &c. *Vermis di-  
uitiarum superbia.* Salust. in Iugurth. *Superbia  
commune nobilitatis malum est.* 4. Bene seu piè  
viuentes. Cypria. serm. de tentat. Christi:  
*Sicut rarus est aut nullus, qui mala de se dici a-  
quam animiter ferat, ita rarus est, qui non bene de se  
velit sentiri, &c.* Chry. hom. 43. ad Ant. Pe-  
cunias quidem contemnere volenti satis  
est facile, honorem autem à multis colla-  
tum despiciere multi laboris indiget, ma-  
gnæ sapientiæ, angelicæ cuiusdam animæ  
ipsum cælestis testudinis verticem tan-  
gentis.

CAPVT XXXII.  
DE GRATITVDINE.

1. *Quid significat apud Plaut. Bacchid. act. 3.  
sc. a. 2. ingrato homine nihil impen-  
sus est?*

1. **H**omini benefico ingratus magno  
constat. 2. Nihil est quod minus  
pensi habeat, quodque ingratus & impu-  
dentius sit. 3. negligentius, inertius, igna-  
uius; impenſa enim dicitur & inconside-  
rata & neglecta, vt pensa quæ considerata  
& accuratè cogitata sunt. 4. iniquius & ini-  
ustus, quæ enim pensa, id est, ponderibus  
examinata sunt, iusta & æqua sunt. 5. ne-  
quius, contemptius, minoris prætij, quæ e-  
nim pensa sunt, bona & chara sunt. De in-  
gratitud. fug. vide 3. libros Io. Anto. Cam-  
pani, qui libr. 3. quam inuisi omnibus sint  
ingrati quàm execrabiles, ostendit testi-  
monio Virg. li. 4. Aeneid.

2. *Quomodo accipiter nobis dat exemplum  
gratitudinis?*

Noctibus hybernis capit aliquam auem,  
vt per noctem eam vnguibus tenens se ca-  
lesciat.

lesciat. Et si verò ante lucem surgat (fame  
adducta, quod nox fuerit longa) & omnes  
rapaces aues in ventriculo habeant maxi-  
mum calorem, (vt fames eas ad venandum  
impellat) pastum etiam vnguibus conti-  
neat, non tamen eum comedit, sed inco-  
lumem à se dimittit ob beneficium ab ea  
aue consecutum. Nec eò quò dimissa auis  
euolauit, ne in illà incidat, sed in opposi-  
tam partem tendit. Hinc Prouerb. *Nobilis  
vt accipiter.*

CAPVT XXXIII.  
DE HVMLITATE.

1. *Quos Deus potissimum amat?*

**S**imilis est Deus optimo cuidam paren-  
ti, qui etsi plures filios habeat quos v-  
nice diligit, lubentius tamen adest paru-  
lis, quos amore teneriore prosequitur, &  
si quem infirmari audiat, accurrit, & quã-  
tum potest solatio est, verbis, præsentia, o-  
pe & opera: & si quærat ubi gentium as-  
sidue parens ille detineatur, dicitur infir-  
mo semper adeste, assistere paruulis, eisq;  
collu-

Iudere. Ira & Deus etſi ubique ſit, tamen ad pauperulum & contritum ſpiritu, & tremen-  
tem ſermoneſ eius reſpicit, Hæc & 6. vocansq; paruulos ait: *Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire.* Matth. 19. *Iuxta eſt Dominus,* (ait Dauid Pſalm. 33) *ſiſ qui tribulatoſ ſuo deo, & humileſ ſpiritu ſaluabit.* Humilia reſpicit, & alta à longe cognoscit. Pſalm. 137. *Cum ſimplicibus ſermocinatio eius,* inquit Salomon Prou. 3.

2. *Quis meruit ſummo penitiſſimus eſſe parentiſ?*  
(*quiſ maxime placet Deo?*)

Plurima cui virtus dedit vt ſit humillimus idem. Hoc eſt, qui & virtutibus eminent & humilis eſt. Nam ſicut ſuperbus quantum dæmoni fit ſimilior & propinquior, tantò à Deo redditur alienior & remotior: ita quò humilis per humilitatem magis ac magis à diaboli natura recedit, ei que fit diſſimilior, eò magis ac magis appropinquat Deo: ita vt Deus ſuperbo tanquã ſuo hoſti reſiſtat: humili verò ſemper vt ſibi amico plus fauoris concedat & gratia. 1. Pet. 5. Luc. 4. 5. S. Gregorius in pãtorali, par. 3. admon. 18. *Humileſ dum ſe deſcendunt ad*  
Dei

Dei ſimilitudinem aſcendunt. Et in Pſal. 3. pœnit, qui ſine humilitate virtuteſ congregat, quaſi in ventum puluerem portat. S. Bern. homil. 4. ſuper Miſſus: *Semper ſoiet eſſe gratia diuina familiaruſ humilitaſ.* S. Ambr. *Quiſquis cupit diuinitatũ tenere ſaſtigia, humilitatũ ima ſeſcendat.* Et: *Vt capere celſitudinem Dei? cape priuſ humilitatem Chriſti.* S. Hieron. ad Celantiam: *Nihil eſt quòd noſ ita & hominibuſ, & Deo gratuſ facit, quã ſi vitã merito magni, & humilitate infirmiſſimuſ.*

3. *Quantuluſ aut. quantuſ iuſto eſt examine quiſque?*

Tantuluſ aut tantuſ, quantuſ ſtat lance tonantiſ. Hoc eſt, quantuſ coram Deo eſtantuſ eſ. Gal. 6. *Si quiſ exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.* Vt ſoluſ Deus nouit omnia, immò & cordium ſecretiſſima, ita ſoluſ quoque iuſtuſ reruſ omniuſ æſtimator eſt & cenſor (Act. 1. Ioan. 2. 16. Apoc. 2. Sap. 1.) Thomas de Kempis li. 3. de imit. Chriſti, capit. 55. ait: *Quantuſ vniſquiſque eſt in oculiſ Dei, tantuſ eſt, & non ampliuſ, ait humiliſ Franciſcuſ.*

CAPVT XXXIV.  
DE HYPOCRISI.

1. *Quomodo maxime nocent & fallunt  
maligni?*

**C**VM se virtutis colore tegunt. In hos  
quadrant isti Græci senarij: *μισῶλον  
ἄνδρα τὸν διὰ τὸν περὸν ὄντα, χρηστὸν λογιῶσι,  
πολέμιον δὲ τοῖς τρώποις.* Odi virum dupli-  
cem natura, bencuolum sermone, inimi-  
cum moribus.

2. *Doce exemplo apostata Iuliani fraudes hypo-  
citarum & hereticorum ad Christi  
religionem euertendam malè  
illis procedere.*

Valde ipsius malitiosa fuit prudentia  
cum pari imperij vī ac potestate coniun-  
cta, vt Christianismum è mundo tolleret,  
èq; mortalium animis euelleret, quatuor  
maximè artificijs est vsus. 1. cùm in more  
esset Imperatorum imagines venerari in  
signis & vexillis militaribus, vt Christi-  
ani vel nolentes viderentur colere deos  
gentilium, labaro amoto Iouem è cælo  
coronam & purpuram deferentem, Mar-  
tem

tem & Mercurium se mutuò respicientes  
iussit appingi, & aliorum dæmonum sig-  
na, vt is honor quem Christiani defere-  
bant Imperatori, delatus videretur dæmo-  
nibus. At dolus ipsi non successit: nam &  
cùm thus simul cum donatiuo ipsis offe-  
rebatur, donatiuo capto thus renuebant,  
solis Imperatorum imaginibus cultum  
exhibentes. 2. Tempore quadragesimæ iu-  
bebat omnia esculenta venalia infici &  
contaminari idolothyti, seu rebus quæ  
oblata fuerant, & sacrata dæmonibus: ita  
vel idolothyti vescendum, vel fame in-  
tereundum erat Byzantiis. At prospexit  
Deus suis per S. Theodorum Martyrem,  
qui vt omnes cocto vescerentur frumen-  
to, iussit. Ita locupletiores coctum fru-  
mentum plebi distribuebant, & integram  
hebdomadam hic cibus Bizantiis aluit.  
Cognitâ hac plebis Christianæ constantiâ  
permisit cibos mundos venales proponi,  
Ex eo mos natus, vt festo S. Theodori die  
coctum frumentum in pauperes eroga-  
rent. Idem cùm Antiochiæ præcepisset Iu-  
lianus, secuti sunt Christiani. S. Pauli 1. ad  
Cor.

Cor. 10. & ad Rom. 14. præceptum, comedunt enim venales cibos, tamen si idolis immolatos nihil interrogantes propter conscientiam, (Theod. c. 15. li. 3. hi.) fontes vero quos idolothyis infecerat, omnes aruerunt. Chryf. adu. Gent. 3. Conatus est pietatis Christianæ ritus & instituta, nec nomines charitatis ad superstitionem gentilium transferre. (Gre. Naz. 1. in eum inuectius, Soz. li. 5. c. 16.) Voluit enim ut deorum templa apparatus Christianæ religionis vtitato adornarentur; idem plane seruetur ordo in illorum cultu quæ Christiani tenerent: Sacerdotes cæteri quæ ministri sacrorum inducerentur sumptuose, nostrorum instar presbyterorum, & reliquorum clericorum: magna haberetur cura peregrinorum, ipsorum (ut mendicorum, egentium, infirmorum) hospitales construerentur domus, & mortuorum funera & sepultura celebrarentur splendidissime: sacrificulorum templorum, & sacrorum curatores spectacula, ludos, tabernas ne adiret, ne turpè vilemve artem exercerent, honeste & laudabiliter viuerent: omnino sacra & ceremonias emularetur Christianorum. At

Deus

Deus iniuriam suam vlciscens, impiis & demonibus additum quam primū è medio sustulit, & astutissimè nebulonis fraudes elusit. 4. Christianos liberales literas docere ac discere vetuit (Ruf. l. 1. c. 32. Socr. l. 3. c. 10. Soz. l. 5. c. 17. Theod. l. 3. c. 8.) dicens ne nostris ipsorum pennis nos præcellant, & nostrorum (gentilium) præsidio scriptorum bellum nobis indicant. Epi. tamè 42. dicitur vult, ne Christiani sint Doctores seu præceptores: ne adolescentes docerent vana esse quæ scriptis gentilium de diis traduntur, non autem prohibet adolescentes discere libros vel audire magistros gentium, non rat. n. hanc esse vim facillimam ad eos vel in deorum cultu retinendos, vel ad eum perducendos. Hinc Iouintian. successor doctores Christianos ad professionem docendi reuocat. l. 6. de mod. & prof. Theo. At qui illo æuo docti erant Christiani, & profanis litteris excellere Naz. Basil. Apol. alij quæ multa oratione soluta, & numeris poeticis astricta scripserunt, quibus intelligeret Iulianus absque gentilium libris posse artes liberales addisci, miserunt quæ ad eum, respondit ille, cum rumperetur inuidia, legi, intellexi, con-

I 2

dema.

demnari, reſcripſerunt illi, legiſti, ſed nõ intellexiſti: ſi enim intellexiſſes, non condemnaffes. ἀνεγνώσθη ἀλλ' οὐκ ἔγνων: εἰ γὰρ ἀνέγνων οὐκ ἂν ἔγραψα. Niceph. li. 10. cap. 25. Ad extremum ſimulabat, & profitebatur ſe Chriſtianum, & Chriſtianos adibat cõuētus, & ſacris intererat myſteriis, immo & monachi habitu prodibat, & Nicomedię lector in Eccleſia fuerat, & Catholicis aduerſus Arrianos fauebat (Hilar. aduerſus Conſtantium) antequam ab exercitu Imperator acclamaretur, & tantisper dũ nocere non poterat, ſimulatque enim potuit Chriſtianitatis perſona depoſita, cultum cõepit dæmonibus exhibere. epiſt. Iuliani 39.

## CAPVT XXXV.

## DE HISTORIA.

## I. Cur legenda hiſtoria?

**T**Huc ides: Hiſtoria eſt theſaurus qui nunquam è manibus excidere debet, vt cõadiuti ſimilia negotia paſeſque caſus in Republica commodius tractemus, quan-

quando cauſæ incidunt fere ſemper ſimiles.

## 2. Ad quid præterea prodeſt eius lectio?

Hiſtoria, quam Cicero teſtem temporum, lucem veritatis, vitã memoriæ, magiſtram vitę, nunciam vetuſtatis appellat, prudentiam non vnus ætatis vſu, ſed multorum ſeculorum experientia comparatã tradit, & ea rerum cognitione legentes inſtruit, quam nemo ſine lectione potuiſſet, quamuis ad Neſtoris annos perueniſſet, adipiſci. Totius enim antiquitatis memoriã replicat, infinita rerum memorabilem exempla oculis pãne ſubiicit, caſus varios euentus ancipites, & multas Rerump. conuerſiones exponit, prudẽtium cõſilia & fortium hominum præclara facta commemorat, temeritatis & amentię exitus diros & exitiales enarrat, atq; plane demonſtrat quibus artibus imperia à paruis initiis excitata ad ſummum faſtigium peruenerint, quibus inſtitutis & legibus diu permãſerint, quibus deinde vitis paulatim lapſa ſint, atque tandem

funditus euerſa corruerint.

Facile vnus homo, quid multis hominibus euenerit cūa intelligit, eruditur, atque ipſe ſibi normam cōponit actionum ſuarum, vitæque totius inter omnes errores, omniaque pericula ad veritatem ac ſalutem dirigēdæ. Nec aliud eſt noſtra prudentia quàm inuentorum obſeruatio, rerumque præſentium ac futurarum ex præteritis tanquam ex fonte ſcientia deriuata; quod ex vniuerſo litterarum genere, vel ſola, vel certe maxime præſtat hiſtoria. Præſertim ſi quis eum ita tractet, vt euenta dum notat, animū referat ad cauſas, in eaſque attente inſpiciat, & rationem quærat, cur hoc factum, illud omiſſum: Cur ex illo calamitates, ex hoc optata conſigerint. Ad hæc voluptatem magnarum variarumque rerum aſpectus animis noſtris inſundit. Vides in hiſtoria vt in tabula piſta aduerſa ducum excellentium ſtratagemata, artes, inſidias, ſpem potiundi, metum amittendi, caſos exercitus, vrbes captas, imperia deleta, fortunâ commutata, cadere inſultantem, victum exſurgere, co-

ſe, eodem pæne momento lætitiã pellimærore ſuccedente, mæroremque lætitiã. Hęc dum legimus, haurit animus voluptatem incredibilem, aliturque cibo ſuauiſſimo, nec ſatiatur, donec ad exitū peruenit. Quis Pyrrhus, Alexander, Hannibal & ſimiles, quomodo cū eorum facta commemorantur, animos noſtros aſficiunt? exſpectatione ſuspendunt, paucunt gaudio, metu macerant?

Rerum interitus obliuio eſt, at ea reuiuſcunt hiſtoriã, cū in noſtram memoriã reuocantur, quæque multorum annorum ſpatio multis abhinc ſæculis geſta ſunt, ea nos exiguo volumine comprehenſa, & tãquam in conſpectu noſtro poſita cognoscimus. Si delectamur conſuetudine clarorum virorum, verſamur, vetera legentes, cum Regibus, cum Principibus viris, magnis in illo ducibus, ſapentiſſimis Rerump. rectoribus, ora ipſa, lineamenta & formam, non tam corporis quàm animi eorū quos nunquã vidimus: videmus tamen quaſi præſentes intueri. Capiamus voluptatē ex improborū ſupplicio,

lætatur, tyrannos dignos suis sceleratis factis indomitique atque iniustis cupiditatibus exitus habere. 1. quia hæc cum legitur quanta sit fortunæ varietas, quanta rerum humanarum imbecillitas cognoscimus, & ita alieno periculo meliores efficiamur. 2. quia ita natura cōparatum est, ut qui ex tuto aliquo loco aliena pericula alienosque casus aduersos prospiciunt, gaudeant se saluos. Lucretius in præmio lib. 2.

*Suaue mari magno turbantibus aequora ventis  
Et terra magnum alterius spectare laborem,  
Non quia vocari quæquam est iucunda voluptas,  
Sed, quibus ipse malis careas quia cernere suaue est.*

Ad extremum historia iuuenibus senilem prudentiam adfert: senibus prudentiam ætate ac tempore partam auget: priuatos imperio ac potestate dignos efficit, magistratus & Reipubl. gubernatores, ut bene de Repu. merenda gloriam sibi immortalem comparent, excitat; homines militares laudibus & honoribus honestæ morti

mortii propositis ad pericula pro patria aduenda facit paratiores atque alacriores; ignauos sempiternæ ignominie metu à flagitio & dedecore reuocat ac deterret. v. locum de artibus.

3. *Ad quid prodest rationem temporum in historijs obseruari?*

Tolle solem ex hoc mundo, quid aliud nisi confusum relinquetur Chaos? tolle ceteratam ac seculorum ordinem ex historia, Deus bone, quam nihil lucis rebus gestis aderit? Si historia est testis tēporum, quid absurdius fieri potest, quàm ita narrare historiam, ut quid prius quid posterius gestum sit ignores, perinde atque vulgus narrat fabulas?

## CAPVT XXXVI.

### DE HOMINE.

1. *Ob quem finem à Deo creatus est homo?*

**V**T Deo seruiat, & seruiendo vitam æternam consequatur. Turpissimus Lutherus in analysi duorum thematum matrimonialium ait: *Hominem ad matrimo-*  
5 *nium*



nium conditum esse, vt fructus ventris sui prod-  
cat & educet, quemadmodum arbor vt vel poma  
vel pyra, aliosve fructus proferat, creat a est. O  
eximium quinti Euangelij euangelistam!  
Lactant. verò Firmian. li. 3. diu. institut. ad  
Constantinum Magnum c. 9. ait: *Si quis ho-*  
*minem qui verè sapit interroget, cuius rei gratia*  
*natus sit, respondebit inrepidus ac paratus colen-*  
*di se Deigratia natum, qui nos ideo generauit vt*  
*ei seruiamus. Et lib. 7. c. 5. Idcirco mundus factus*  
*est, vt nascamur; ideo nascimur vt agnoscamus*  
*factorem mundi ac nostri Deum: ideo agnoscimus*  
*vt colamus; ideo colimus, vt immortalitatem*  
*pro mercede laborum capiamus.*

### 2. Cur post omnes creaturas?

Theodoretus in Genes. inquit: Quem-  
admodum si quispiam Rex cum maximâ  
urbem excitasset, multisque & varijs ope-  
ribus adornasset, imaginem suam, maxi-  
mam decentissimamque in vrbs medio  
collocaret, vt hac imagine regem huiusce  
vrbs authorem conditoremque indica-  
ret, quem omnes vrbs habitatores vene-  
rarentur, & gratias agerent quod sibi vr-  
bem

hem construxisset: eodem modo Deus,  
postquam mundum condidit, hominem  
ad imaginem suam à se creatum in eo tan-  
quam imaginem propriam collocauit, cui  
omnes creaturæ deferuissent. Cicero 2. de  
natu. deor. Canum tam fida custodia, tam-  
que amans dominorum adulatio, tantum-  
que odium in externos, & tam incredi-  
bilis ad inuestigandum sagacitas pariuia, tā-  
ta alacritas in venando, quid significat ali-  
ud, nisi se ad hominum commoda esse  
generatos.

### 3. Cur natura in capsula cordis humani humo- rem quandam posuit aqueum?

Vt corriget, ne ob motum quem con-  
tineret ac indefinenter cor obit exha-  
usto omni humore arefieret & contabesco-  
ret. Hic humor abundans in corpore, si se-  
cundum naturam sit, argumentum est sin-  
gularis cuiusdam roboris: si autem præter  
naturam à vitiosi humoris redundantia  
collectus sit, tunc potius cordis vires ener-  
uat, palpitationem & tremorem eius in-  
ducit.

CAPVT XXXVII.

DE HÆRETICIS.

1. Cur prædicantes Sectariorum vasta Lutheri, Caluini, &c. volumina amplius non euoluunt?

**H**Oceos facere vetat paupertas, qua impediri de victu potius sibi & liberis comparando, quam de libris mercandis cogitant.

2. Cur rara auis in terris alboq, simillima coruo prædicans calebs?

Calvinus adhuc cælebs scribit epi. 371. *Se si uxorem ducat (vt postea duxit) non aliâ mente ducturum, quàm vt Deo expeditius seruire, rebusq, diuinis commodius vacare possit. Cõtrario itinere gradiebantur SS. Apostoli. Nam illi uxores vel nunquam duxerunt, vel ductis valedixerunt, ne quod impedimētum obiicerent cultui atque obsequio diuino penitus sese consecrandi. Et S. Paulus 1. Cor. 7. ait: Qui sine uxore est, sollicitus est qua Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat uxori & diuisus est.* Idem asserit

ferit de scemina innupta & nupta.

3. Cur exorta Islebici Euangelij luce Lutherani in pio Deum seruandè ac crebro comprehendendi studio admodum desicere ceperunt?

Hanc quæstionem soluit hæc historiola à Luthero in culinariis colloquijs recitata tit. de miscellaneis, D. Mart. Lutherus dicebat quod Holtzdorfensis parochus priuasset cœna paschali suos rusticos, eò quòd ignorassent capita catechismi. Itaq; accusârunt ipsum apud Visitatores rustici, sed respondit Parochus. Obseruandi Domini, fateor quod ipsis cœnam dare recusârim, quia nesciunt orare. Hic prorupit rusticorum quidam & inquit: non tene-mur orare: nã eo sine vos alimus, & mercedem ipsam damus, vt pro nobis oretis, & debitas preces exsoluatis.

4. Cur non expedit peccata sua prædicantibus confiteri, seu mentis sua arcana ijs pandere?

Quia audita in confessionis abdito produnt, & in vulgus enunciant. Nam quæ ipsis adhiberi potest fides seruandi secre-

to, quæ secreta esse oportet, cum ab illis vniuersa fides, tam diuina quam humana exulet? Non possunt seruare fidem nec silentium, non continent os, pleni sunt rimarum, & confitentibus periculū creant. Exempla commemorat P. Iacob, Gretserus in Panegyrico Misenico, c. 14. P. Schererus conc. 1. in Domin. 1. post Pascha: Non multum, ait, effluxit temporis quod capitaneus adiudicare debuit suspendio militem ob furta aut vim, quam exercuerat in rusticos & colonos. Et quia miles hæc negabat, ideoq; vindictæ iure cum ipso procedi non posset, adest quidam prædicans, miserique huius confessionem excipit. Re igitur tota è confessione militis intellecta, mox accurrit ad capitaneū, & inquit: Domine hunc militem suspendio potest tuto & securè addicere. Non enim hoc duntaxat facinus, sed maius aliud in confessione dixit: unde miser in furca pendere debuit. Quam rem & historiam ex ore ipsius capitanei accepi. An verò non est hoc flagellum confessionis infringere? Ibidem commemorat & hanc historiam. Nō longè

gè Vienna vidua quædam prædicanti cuidam per confessionem aperit, quod post obitū mariti, qui capitaneus alioqui fuisset, à liberorum suorum pædagogo domestico esset impregnata, quanquam ipsi postea se iusto coniunxisset matrimonio. Prædicans ex confessione hæc intelligens, rem totam statim exponit fundi dominis, ij quam primum miseram è fundo domoque exigunt & extrudunt. Nec id satis prædicanti, confessionem ipsam mulieris totam coram frequenti concione pro suggestu deblaterat. (v. P. Scherer. 3. Conc. Do. 3. in quadrag.) Sunt igitur prædicantes & prædicantissæ sicut laguncula plena musto, quæ spiraculo caret.

5. *Quam constantes sunt hæretici in sua doctrina?*

Tam ad omnem auram mouentur & mutantur, quam ænei galli gallinæci, qui in acroteriis seu verticibus turrium collocari solent.

6. *Quomodo Catholici clancularios sectarum præcones ac propagatores excipere debent?*

Id docet Lutherus in cap. 5. & 7. Matthæi To. 7.

To. 7. loc. vit. To. 2. Ienæ Germ. in epi. ad  
 Mulhusinos. Tom. 5. Ienæ Ger. in epist.  
 contra clancularios conc. ad Eberhardum  
 von der Tannet. Vult autem vt à magi-  
 stratu committantur carnifici; den rechten  
 Meiffer/sagter/der Meiffer Hans heist.

7. Cur Deus permittit esse hæreses?

S. Aug. Epist. 105. Hæreticorum inquietudi-  
 ne, vt scripturas vigilantius perscrutemur, vnde,  
 ne oculi Christi noceant, eis possit occurrere, tanquã  
 de somno ignauia nostra excitatur industria. li.  
 16. de ciuit. Dei cap. 2. adducens illud Pau-  
 li 1. Cor. II. oportet hæreses esse, &c. Multa ad  
 fidem pertinentia, dum hæreticorum callida in-  
 quietudine exagitantur, vt aduersus eos defendi  
 possint, & considerantur diligentius, & intelli-  
 guntur clarius, & instantius predicantur, & ab  
 aduersario mota quaestio discendi existit occasio.  
 Et in Psalm. 54. Nunquid perfecte de Trinitate  
 tractatum est antequam oblatrarent Ariani?  
 Nunquid perfecte de poenitentia tractatum est  
 antequam obsisterent Nouatiani? &c.

8. Cur Deus hæreticorum & infidelium peccata  
 patienter tolerat, Catholicorum verò  
 seuerissimè castigat?

Quia

Quia fides obligat Catholicum, vt vi-  
 tam ei conformem tranfigat, ni velit gra-  
 uissimam promereri vindictam. Ad hæc  
 multa Dominus permittit mancipijs, que  
 nullatenus permittit filiis. Seneca de  
 prou. c. 1. Deus bonum virum in delicijs non ha-  
 bet, experitur, induit at sibi eum præparat. 2. Ma-  
 chab. 6. Non sinere peccatoribus ex sententia  
 multo tempore agere, sed statim ultionem adhi-  
 bere, magni beneficij est indicium, & cap. 7. Nos  
 pro peccatis, &c.

Interdum etiam Deus potentioribus  
 palmam subtrahit, ne superbientes pro-  
 prio Marte, non Dei auxilio se victoria  
 potitos dicant. Iudi. 7. 1. Reg. 7. 2. Paralip.  
 14. 1. Reg. 19. 1. Mach. 3. Iudith 9. Iudic. 20.  
 9. Quodnam malorum sodalitorium vt pernicio-  
 sissimum præ cateris fugiendum est, vel,

Pesius letiferi vitæ quid pestis  
 veneni?

Hæresin, banc stygia nidus confouit Echidna.

Quanto enim dignior maiorisque pre-  
 tij est anima quàm corpus, tanto magis il-  
 lius quàm huius pestis seu lepra (Leui. 13.)  
 & mors fugienda est, Quisnã conspecto lu-  
 ponon

po non illico sibi fugâ consulat? (Matt. 7. Attendite, &c. Act. 20. Intra bunt lupi, &c. nec aue ei dicam, nec eum dignabor salute per viam: ne pestilenti suo halitu virus mihi aliquid afflet, quod etiam penetralia pectoris mei inficiat. (Psal. 5. Sepulchrum, &c.) Quod calcarius pannorumque inalbator à carbonario expectent, si cum eo ineant contubernium, quàm vt quicquid album reddere studerint denigretur? (Titu. 3. Hæreticum, &c.) Commodò Roman. Impere regnante, tanta fuit pestis, vt vno die sæpe ad 2000. hominum absumerentur. Multi non solum in vrbe, sed etiam sub omni Imperio Romano peribant, cum malefici homines res oblitæ venenis quibusdam pretio atque mercede inducti in alios cõijcerent, vt innumerabiles homines interirent: (Dion Nicæus & Xiphilonus) at pestis hæreseos longe facilius homini aspergitur. Ad hæc in corporali pestilentia hoc saltem remedij est, vt pars tabida excindatur. Hinc S. Aug. ser. 24. de ver. Apost. ) *Proverbium ait, punctum est, pestilentia ante ostiũ venit, & nummũ querit, duos illi da, & dicat sic;*

etm

cum pestis venit, optamus pustulam fieri, & cito spondylum facere, itaq; citò particulam aliquam corporis tollat, & cum illa recedat, ne venenum ipsum totum corpus occupet, & animã petat. Sed qui veneno hæreseos infecti sunt, ij curari nolunt, & eos pro inimicis habent, qui saniora consilia proponunt.

Greg. Thau. pro omnium maximo miraculo habuit infidelitatis & hæreseos extirpationem. (Ruff. li. 7. c. 25. Niceph. li. 6. c. 17.) lege veridicum Christianum.

10. Quot sunt diabolici nidi hæreseos?

Tres: *Tartara, lucifuga, nigro cum pectore sylua*, hoc est, antra & latibula. (Ioa. 3.) In inferno quicquid Ecclesiam Christi molestat, confouetur & inde procedit. In hoc nido omnia cuduntur, instrumenta & machinæ quibus boni in hac vita exercentur, tentantur, impugnantur. His tamen modus à Deo ne noceant positus est, Esai. 54. *Omne vas, &c.* In cordibus prauorum nificanc dæmones, Ioan. 13 *Cum diabolus misisset in cor vt traderet eum Iudas.* Gregorius 27. Moral. capit. 17. *Diabolus in reproborum cordi-*

cordibus quasi in antro suo latet. Iob 40. c. dicitur dormire, requiem inuenire, & nidificare in illis, qui sub umbra Christiani hominis nequiter viuunt, & in cordibus uerorum hominum, qui calamo & arundini similes sunt, & in humentibus, hoc est, luxu, crapula, & huiusmodi carnali concupiscentia disfluentibus hominibus. de hoc uide etiam Esa 34. c.

11. Quod genus (monstri) hæreticus, quæ fax, quo bellua uultu?

Catholici vappa (corruptio) & fidei desertor uita. Hoc est, corruptus catholicus ut vappa correptum uinum est. Basilius hexam homil. 2. Si quis hæresin Ecclesia putredinem dixerit, à ueritate non aberrabit. S. Augustinus, ex malis corruptisque Christianis hæreticos fieri. Hæresis enim ex uitæ nequitia gignitur, & ipsa hæresis mille alias nequitiis parit, ut ex carne corrupta vermes oriuntur, & illi ex se alios progenerent.

12. Cur hæretici à reliquo corpore Christi uel Ecclesia sunt desecti?

Quia membra sunt corrupta, sicut pars carnis

carnis putrida & putida excinditur, ut quæ sana sunt præseruentur. S. Hiero. lib. 3. in epist. ad Galat. cap. 5. Resecanda sunt putrida carnes. & scabiosum animal à caulo ouium repellendum est, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est. uide de diabolo.

13. Cur hæretici tam acerbis mendacibusq; modis infectantur S. Gregorium?

1. Quia diuinum officium ita restituit, ratumque fecit, præcipue tremendi Missæ sacrificij. 2. quia in moralibus super librum Iob pudendam ipsorum originem, fastuosum progressum, superbiam, inuidiam, hypocrisin, fraudulentum ingenium, sinistrum iudicium, & exitum infelicem exponit.

14. Quis sese in laqueos facile induet hæreticorum?

Immemor, hos semper dare uerba, & uendere fumos, hoc est mentiri & imponere. Etsi enim

nim interdum rem dicant, tamen semper mens & intentio ipsorum est fallere, & simpliciores à veritate deducere: at & diabolus dicitur mentiri etiam vera loquens, quia id ipse per veritatem molitur, quod mendaces per mendacium, Syr. 19. *Qui cito credit, leuis est corde.* Non enim frumentis ceruus, neque graues turgentisque tritico spicæ facile vento rapiuntur, sed ventosæ & inanes stipulæ & palæ leues: ita qui in fide parum radicati sunt, parumque habent ponderis in morum grauitate, illi statim nouis fidem adhibent, & inconstantia vento tolli se sinunt ex area Ecclesiæ: maximè verò ita accidit, quando animus per vitiosum affectum & malam vitam, ad eiusmodi à fide defectionem propèdet. Quia, vt Cæsar inquebat, facile homines credunt quod desiderant, idq; facile ignem concipit, quod ariditate sua est facile ad flammam, & cædela adhuc fumigans illico flammam accipit.

15. *Quis fucum faciunt mera quanquam oracula fundant?*

*Qua solet arte harum stygius doctorq; parensq;.*  
S. Ber.

S. Bern. in epist. air: *Diabolus scandalorum est magister.* at maximum scandalum est heresis, & nulla scædior ruina est, quam ab Ecclesia deficere, & alios vt viuos lapides inde conuellere, ac ad sectariorum acruos aggregare. Dæmones hæreticorum esse doctores docet S. Paulus 1. ad Timot. 4. cum ait: *Discedunt à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum,* qui mendacium in hypocrisi, hoc est, fuce veritatis obtundunt, & conscientiam habent cauteriatam, hoc est, quasi candenti ferro adustam, obduratam, factamque insensibilem.

### CAPVT XXXVIII.

## DE AETERNITATE ET EXTREMO IUDICIO.

1. *Qua tria per penitiam ibunt verba aspra medullas?*

**D**A rationem, Itote, & quod superest, Aeternum. David sciens Deum contritum & humiliatum non despiciere, inquit Psal. 90. *Ipse liberabit me de laqueo venientium.*

2. *DIUUS* unde (à quo) Deus repetet cum *fenore* sortem? (exiget rationem.)

*Abs illo cui sunt concreditæ plura talenta. Quo plus acceperis, hoc maior reddenda ratio.* S. Greg. hom. 9. super Matth. *Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Et cui multum datum est, multum petetur ab illo.* Matt. 18. de rege, &c. c. 25. Luc. 16. 15.

3. *Quam exactum eris iudicium Christi?*

Oculis capreæ perspicacissimis corda & renes inspiciet, ipse quoque iustitias & virtutes iudicabit, & scrutabitur Hierusalem (quietas & tranquillitas conscientias) in lucernis, hoc est, exactissimè. Soph. 1.

4. *Quam dure hoc pauidas vibrabitur, Ite, per aures?*

*Quantus ab aethereo nunquam fragor ingruit axe.* Horrendum tonitru erit reprobis: Ite maledicti. v. q. 12. in loco de peccato,

5. *Quam longum aeternum durat? fors mille per annos?*

Millia myriadam trismiriadumq; (vel millia myriades trismyriadesque) nihil sunt

sunt. S. Aug. qu. super Gen. li. 1. Aeternum est cuius finis non constituitur, (sine caret.)

## CAPVT XXXIX. DE INFERNO.

1. *Quam diu durabit pœna demonum & damnatorum?*

S. Aug. de fide ad Petrum, cap. 3. *Demones* (inquit) nec mala vnquã possunt carere voluntate, nec pœna. Isaïæ ult. *Vermis eorum non moritur.* Apoca. 20. *Cruciantur die ac nocte in secula seculorum.*

## CAPVT XL. DE IVSTITIA.

1. *Cedo exempla aliquot eorum, qui subtiliter vel sagaciter iustitiam inquisuerunt, & veritatem eruerunt.*

1. *Nota est Salomonis subtilitas in eruenda veritate.* 3 Reg. 3. vbi litem meretricum diremit. 2. *Cum Imperator Galba de proprietate iumentis quereret.*

G tur



tur incertis vtrimque argumentis, ita decreuit, vt ad locū vbi aquari solebat capite inuoluto duceretur, atque ibidem reuelato, eius esset, ad quē spōte se recepisset.

3. Agebat Rudolphus Austriacus Norimbergæ, & rebus Imperij ac publicis intendebat: cū ad priuatas eū leuiter vertit mercator quispiam, ius & vindictā petens in hospitem siue diuersitorem ibi notum, à quo grādi pecunia fraudatum se dicebat: nam bona fide deposuisse apud eum in sacculo ducentas argenti selibras (Marcas appellant) quas ille impudenter abnegabat, iniuriosè retinebat. Imperator de fide dictorum rogat: ille affirmat: sed sua fide, nec aliis (vt solet fere in deposito) argumentis. Igitur Imperator re perpensa, astum adhibendum censuit, & vestigiis verū indagandum. Quærit sb homine, ille sacculus cuiusmodi esset? describit formam: nec aliud Cæsar quā secedere eū in proximum cubiculum, & prestolari iubet. Habebat in animo euocare hospitem, sed fortuna commodius instituit, & vltro ad eum venit. Nam veniunt primarij v-

bis

bis ciues, vt solet, gratulatum Principi & salutatum: inter quos ille infidus hospes. Norat adeo iam ante Cæsar, & vt comitas eius erat, benigne & per facetias appellat: heus tu scitum illic pileū habes, mihi dona & permutemus. Ille arrisit, pileū libēs dimisit, & honori hoc factum duxit. Cæsar secedit paululum, quasi publicum negotium auocaret, & fidum ac notum eius oppidi ciuem, cum ipso pileo illo ad vxorem hospitis mittit, cum mandatis: *Heus matrona, maritus iubet vt sacculum talem ad eū mittas opus habet, & ecce tesseram fidei mea hūc eum pileum.* Mulier agnoscit pileum & sacculum quem descriperat. Itaque nihil ambigens ascendit, tradit quasi ad maritum deferendum. At ille restā ad Cæsarem, qui sacculum siue vidulum vocato ad se mercatori ostendit, & hicne est? num agnoscis? affirmat, exultat. Tum & hospitem Imperator adhibet. Et hic, inquit, de te queritur, & perfidiam tuam accusat: quid ais, an refellis? audacter ille, mentiri eum dicens aut dementem, nihil sibi rei cum eo esse aut fuisse. Denique

G 2

Im,

Imperator sacculum profert, ad cuius aspectum ille confunditur, & animo ac lingua labitur. Quid multa? mercator pecuniam, hospes infamiam recipit, atq; etiam damnum, nam grandi pecunia alia Cæsar eum mulctat, at Rudolphus omnium ore & sensu laudem.

2. *Qui corruptela iudicium potest præpediri?*

Si stipendia & præmia digna ipsis donet princeps Baiafites I. (ex annalib. Turcorum) cum fraudes & iniurias Cadiorum suorum (ita iudices vocant) epe iam audiret, commotus denique Neapolim omnes ad se venire iubet, ibi in domum quãdam includi, & igne iniecto comburi; faciendum erat, cum Alis Bassa vir prudens, rationem quæsiuit, & reperit Principis molliendi. Habebat Baiafites Aethiopem puerum garrulum & lepidum inter delicias, hunc instructum quid diceret faceret que, ad Principem mihi. Venit igitur in meliori veste & ornatu omni. *Quid hoc rei, inquit princeps, quid extra morem hic vestitus? Aethiops, ut peregrè eam & ableger à te ad imperato-*

peratorem Constantinopolitanum. Princeps: *ad illũmne bestem nostrũ? quid facturũ? Aethiops: Calogeros (sunt monachi Græcorum aut religiosi) aliquos accersiturus, ut nobis ius dicant, quoniam Cadios tuos omnes vis occisos.* Princeps: *at ò mi Aethiopille, nunquid isti periti legũ nostrarum sunt?* Hic Alis Bassa opportunè interloquitur. *Et non sunt ò Domine, cur peritos igitur tollis? ille responder: Cur malè iudicant? iterum Alis: Ego domine causam edam. Hi nostri stipendium è publico nullum accipiunt, capiunt igitur mercedulas à priuatis. Hoc corrige, eos correxisti. Placuit consilium Baiafiti, vitam illis dedit, Ali potestatem in hac re quod ex usu esset statuendi. ille decreuit, ut cuiunque hereditas tot millium Asporum obuenisset, is in singula millena Cadio suo daret Aspros videnos, amplius; ut in matrimoniorũ & eiusmodi contractuum instrumentis item videnos. Ita inopiæ subuentum & simul iustitiæ, quæ laborabat.*

3. *Qua forma pingitur iustitia?*

Chrysiippus; ait Gell. lib. 14. cap. 14. dicit eius imaginem fieri solitam à pictoribus

bus Rhetoribusque antiquioribus ad hunc fere modum: Forma atque vultu virginali aspectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acris, neque humilis, neque atrocis, sed veneranda cuiusdam iustitiæ dignitate. Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit, iudicem qui iustitiæ amictus est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, inconcussum, inadulabilem, contraque improbos occutesque immisericordem atque inexorabilem, erectūq; & arduum, ac potētem, vi & maiestate æquitatis veritatisq; terrificum.

*Cum Plato 5. de legib. velit breuissimas & paucissimas esse lites, cur hodierno tempore vana aliqua lis Metouū annum tenet?*

Fit ait I. Lipf. inuolucris legum, fit foribus aduocantium, & comperendinationes istæ ad quæstum & lucellum eunt. Per Symplegadas nauigatur Colchos, & ad aureū vellus, ad hæc in ipsis litigantibus pertinacia est, & sepe impostura & improbitas.

*5. Quomodo iustitia vim & vitam potest recipere?*

1. Si reformatur iudicia. Cùm Iustus Curopalates Imp. Byzantij morbido

corpore esset, ac raro ius diceret, iniuria & lites creuerunt, adeo vt res penè desperata Byzantij haberetur. Ecce adit eum quidam & ingenium operamque obtulit ad coercendum, ea lege vt ipse Præfectus plena potestate in tempus certū esset. Annuit Imperator, sumit potestatis insulas, & pro tribunali sedet. ac primum accusatur ex composito apud eum vnus ex illustribus Senator in aula ipsa gratosus, accusatus spernit se sistere, & contemptim præter ipsum tribunal in aulam pergit; pergit extemplo & Præfectus, videt Principem in conuiuio, & ibidem hunc reum. Nihil deterritus: Imperator, inquit, iudicando præfecturam à te habeo, & ab ipso te auxiliū & præsidium merito sperabam. Nunc quid? Vides hic oculus homines palam iniurios, & legum non fractores solum, sed spretores aut illusores in tua domo, gratia, mensa esse; itaque insignia hæc tibi habebunt a potestate, ego ab dico. Imperator mirari & excitari. Tu verò, inquit, quod es esto, & ius tuum in me, quidni meos? exerce. Duc si peccauī, sequor: duc si quis hic alius, & sequetur, aut erabatur. Præfectus iam animi erectior,

Oculos & manus in illum fenatorem conicit, per apparitores renitentem etiam trahit, atque in iudicio conuictum damnatumque primum vulneribus afficit, tum etiam grandi pecunia mulctat. Hicictus multos terruit.

2. Si mali caudidici puniantur. Cùm Galearius Dux Mediolanensium aliquoties audisset vafro ingenio caudidicum esse, qui lites ferere, & fatas producere atque alere etiam in liquido iure posset, hominẽ ad se accersitum affatur: *Debeo, inquit, pistori meo centum aureos, non libet soluere, tu equid tueri me iniure, & rem producere potes?* Annuit largiter, & Principi prompte se dedit, sed ille ei malum. Nam fraudis sic confessum, verbis prius increpitum, laqueos publicè necari iussit.

### 6. Cur quastus iniqui vitandi?

Quia eos damna comitari solent. Hesiodus ad fratrem: *μη χα κα κερδαίνειν, χα κα κερδαϊσ' ατησι.* Ne iniuste lucreris: nam iniqua lucra paria detrimentis. Menander. *ποιησθαι κερδη παντην ζημιαν αει φεγει.*

7. Cur

### 7. Cur Salustius facundiam Iuriconsultorum vocat caninam?

Quia vt canes non nisi oblato cibo mæsuescunt, ita oratores & aduocati non nisi lucro, Sene. de breu. vitæ c. II. *Corruptiones plene ac supra, vt sic dixerim, aqutatis & iustitiæ sunt mœnra; nam cùm aurum loquitur, nihil habent verba virium.* Qui vero plus exigunt, iusto salario accipitres vocantur pecuniæ, à Plut. canes curiarum & deuoratores.

### 8. Cur domus iuriconsultorum etiam malorum comparatur oraculo Apollinis?

Quoties fere oraculum Delphis Apollo reddebat, admonerat consulentes, vt sui memores esse vellent, donumque aliquod ad se deferrent, vbi fortunatiores essent facti, ita & iuriconsulti avari, &c. tametsi astutus dæmón non tam aurum vel argentum captabat (quo non eget) quàm mentes eorum qui dabant.

### 9. Quomodo iniustitia Romana vrbs fuit punita?

Roma anno ab vrbe condita 660. quod plura rapiebat, eò infelicio reddebat.

G 5

Con-

Consideret vrbs Roma, inquit Solinus, tempora sua, cum quasi inexplebilis venter cuncta consumens, & semper esuriens, cunctisque vrbus (quas miseras faciebat ipsa miserior) nihil relinquens, nihil habebat, & stimulo domesticæ famis ad continuationem bellare inquietudinis aut civilis exactiois trudebatur. Acciditne idē vicinis nostris impunitis latronibus?

## CAPVT XLI.

## DE INVIDIA.

## 1. Quare melior est inuidia?

**P**Indarus ad Hieronem Sicilia Regem: *ἡρείστων ἐν ἰλιμῶ φθόνος*, melior miseratione inuidia.

## 2. Quare torquere licet inuidos?

Virtuti & gloriæ seruiendo. Senec. de mor. Cic. 1. Catil. *Inuidia virtute parva gloria puranda est.*

3. Potestne inuidia amulorum florentioris  
i. fortuna esse occasio?

Multis fuit. 1. Iacob ex fratris Esau inui-

inuidia patriam relinquere & exilium subire cogebatur, & non rediisset cum duabus turmis in patriam, nisi inuidia fratris illū exagitasset, Gen. 32.

2. Iob inuidia diaboli vexatus, omnibusq; bonis exutus, omnia recepit à Deo duplicia.

3. Origenes super Num. ait: Tolle inuidiam fratrum Ioseph, & perimes dispensationem Dei, & quæ per eam in Aegypto pro salute omnium gentium gesta sunt. Si Ioseph non fuisset venditus, Pharaonis somnium non fuisset expositum, nemo in Aegypto in futuram necessitatem frumēta congregasset, periissetque Aegyptus, & omnes finitimæ regiones, ipseque Israel, & semen eius in Aegypto quærēs panem, non ingrederetur in Aegyptum, nec egrederetur in mirabilibus Dei, nec accidisset virtutes illæ per Moysen & Aaron, nemo mare rubrum sicco pede transisset, non pluisset manna de cælo, nec aqua de petra fluxisset, nec lex in monte Sinai data fuisset, terramq; promissionis, nemo intrasset.

4. Danielē ex inuidiæ leonibus esuriētibus.

iectum Deus conseruauit, & per Prophetam Habacuc aluit, & Rex Deum cæli adorauit, solumque coli præcepit, & Daniel longe honoratior factus est, & inimici illius à leonibus ex præcepto Regis discerpti fuerunt. Dan. 6. & ult.

4. *Quis dicitur alienis lacrymis cautior, & alieno risu lætior?*

Qui non gaudet alienis malis, sed dat operam ut iis fiat cautior, & qui non inuidet alienæ lætitiæ, sed gaudet tanquam si sibi contigisset.

5. *Quis est cibus inuidiæ?*

Optima, quia inuidia non arrodit nisi hæc & excelsa: humilia, abiecta, vilia negligit: non sunt illi esui: molestum est inuidiam ferre, & tamen molestius nihil habere inuidendum.

6. *Quomodo inuidia & sibi & alijs est venenum?*

Alia perimit, sed primum seipsam, in cæteris est iniquissima, in hoc æquissima, quod & illum tanquam veneno consumit in quo est, & cū viciscitur quem impetit.

7. *Cur inuidia dicitur viperæ?*

Ferunt hanc edi arrosis matris lateribus, ita priusquam exeat matrem, perimit; sic inuidia primum omnium enecat eum in quo gignitur, tum prodit venenatissima fera.

8. *Cur virtutes piorum inuidiæ & odij seculi huius amatoribus non exiguum subministrant?*

Acris enim reprehensio vitiorum est vita immaculata, in ea ut in fonte limpido facies maculosas prauis intuentur, quarum etsi maculas probent, & diligant, eas tamē ferre non possunt nec videre, & ab alijs videri nullo modo volunt, ideo virtutis odere studiosos ac persequuntur, & cū possunt, eos in exilium mittunt, Christus ait Luc. 24. Trademini à parentibus, &c. & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. & Ioan. 15. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo nō estis, sed ego elegeri vos de mundo, propterea odit vos mundus. & S. Paul. 2. ad Tim. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

## 9. Quid lucratur inuidus?

Sibi prius quàm aliis nocet, immo sibi ipsi maius infert (ardente quasi titione & candenti ferro) tormentum, quam quisquam ei inferre queat, & quidem illo ille-  
 so, quem inuidiæ facibus insectatur. Psalm. 7. *Conuertetur*, &c. Inuidia est ignis in corde inuidi æstiuans, quo cum alium hostiliter persequitur, se, intacto alio, prius affligit. Hinc S. Hierony. O inuidia primum mordax tui. Prouerb. 14. Putredo ossium inuidia. Laert. lib. 6. Sicut rubigo ferrum, ita inuidia inuidos consumit. Menander. Inuidus hostis est sibi ipse. Ouid. 2. *Metamorph.* inuidia supplicium suum est. Horat. lib. 1. *Epigr.* 5. Inuidia Siculi non inuenire tyranni maius tormentum (pro auctore inuidiæ.)

## 10. Qua conuellit &amp; destruit inuidia?

Optima, pretiosissima & pulcherrima. Cain occidit Abel, quia opera eius erant mala, fratris verò iusta. 1. Ioan. 3. inuidebat fratri suo meliori deterior persequens virtutem vitio. Sic inuidia semper impe-

tit

tit præstantiora, vt Aristotel. eam merito fortunatorum antagonistam appellârit, & Socrates, animæ ferram.

## 11. In quo inuidi reliquis hominibus sunt infeliciores?

Theophrastus respondit, quod præter sua mala etiam aliena bona desent.

## 12. Quid malis molestum?

Socrates hoc interrogatus, respondit: Bonorum prosperitas.

CAPVT XLII.  
DE IEIUNIO.

## 1. Quodnam dicitur ieiunium guloforum?

**Q**uod gula præcessit, dici potest lupinum & leoninum; nam lupus & leo post ingurgitationem nimiam diebus aliquot dicuntur ieiunare.

## 2. Cedo vnum principem fructum ieiuniorum.

Vitia comprimunt. S. Leo sermon. de ieiunio 10. mensis: *Per voluntarias abstinentias abstinentia, caro concupiscentijs moritur, & spi-*

*Et spiritus virtutibus renouatur.* Greg. 30. mor. Nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semetipso prius per afflictam ventris concupiscentiam carnis incendia deuicerit. Neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus, gulæ appetitus edometur. Quia si non ea que nobis sunt uiciniora prosternimus, inaniter ad ea que longe sunt impugnanda transimus. Incassum namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa urbis mœnia ciuis insidiâs habetur. Cyprian. ferm. de ieiū. & tentat. Christi: *ieiunij uictorum sentina siccatur.* Exstinguitur ardentis Aetnæ incendium, & flammioni fornax Vulcani exstincta intrinsecus montes conterminos non adurit. Cassian. li. 15. de inst. mor. *Nunquam poterit ardentes concupiscentia stimulos inbibere, quisquis desideria gula frænare non querit.* Ambro. ser. de gula. *Fames amica uirginitati est, inimica lasciuia, saturitas uero castitatem perdit, & nutrit illecebram.* Dani. c. 14. *Destruxit primo idolum Bel, cui epulæ quotidie deferbantur,*

rebantur, postea draconem sub eo latitantem: ita gula primo domanda, deinde luxuria. Bella corporalia requirunt carnosos luctatores, spiritualia macilentos. Basil. hom. 1. de ieiū. Quando pugnandum cum homine, caro bene nutrienda, at est nobis colluctatio aduersus spiritum. Ephe. 6. ergo spiritu dimicandum. Ihd. li. 2. de sum. bo. c. 44. *ieiunia fortia talia sunt aduersus tentamenta dæmoniorum.*

### 3. Ob quos fines ieiunandum?

1. Ad honorem Dei. 2. ad remissionem peccatorum. 3. ad obicem futuris ponendum. 4. ad penarum mitigationem. Chry. ferm. 1. de ieiū. *ieiuna quia peccasti, ieiuna ne pecces, ieiuna ut accipias, ieiuna ut accepta custodias.*

*Ieiunat iustus, medicus, simulator, auarus.*

*Spiritus, carni, laudi, studio retinendi, ait ille.*

### 4. Quid prodest ieiunium corporale sine spirituali?

August. *Quid prodest vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? Quid prodest pallidum esse ieiunans, si odio & inuidia liuescat? Quid pro-*



prodest vinum non bibere, & iracundia veneno  
inebriari? Quid prodest abstinere à carnibus ad  
manducandum creatis, & malignis obreſtatio-  
nibus membra fratrum lacerare? Quid prodest si  
abſtineamus ab his quæ aliquando licent, & facia-  
mus illa, quæ nunquam licent? Ergo sic ieiunemus  
à cibis, vt multo magis ieiunemus à vitijs. Bern.  
ſer. 3. ſept. Si gula ſola peccauit, ſola quoque ieiu-  
net & ſufficit. Si verò peccauerunt & membra  
cetera, cur non ieiunent & ipſa? ieiunet ergo ocu-  
lus qui deprædatus eſt animam; ieiunet auris, lin-  
gua, & manus, & anima ipſa. Ieiunet oculus à cu-  
riofis aſpectibus & omni petulantia, vt bene hu-  
miliatus coërceatur in pœnitentia, qui malè, liber  
vagabatur in culpa; ieiunet auris ne quæter prurios  
à fabulis & rumoribus, & quæcunque otioſa ſunt,  
& ad ſalutem minime pertinentia; ieiunet lingua  
à detractione & murmuratione, ab inutilibus,  
vanis, & ſcurrilibus verbis, interdum quoque ob-  
grauitate ſilentij, & ab ipſis quæ videri poterāt  
neceſſaria; ieiunet manus ab otioſis ſignis, & ab  
operibus omnibus quæ non ſunt imperata. Sed &  
multo magis anima ipſa ieiunet à vitijs, & pro-  
pria voluntate ſua. Etenim ſine ieiunio hoc, cetera  
à Domino reprobantur. Eſa, 58. Maxi. ſer. de

dat.

nati. Quale illud eſt, quod non veſceris carnibus,  
& de ore tuo omni eſca ſordidius egreditur men-  
dacium? Iſido. Qui abſtinent à cibis, & præuè a-  
gunt, demones imitantur, quibus eſca non eſt, ſed  
ſemper a deſt nequitia.

## CAPVT XLIII.

## DE IRA.

## I. Quomodo Deus dicitur irasci?

**N**ON animi motu, vel qualibet etiam  
animi perturbatione, quæ illi omni-  
no accidere nequit, ſed quando creaturas  
delinquenti, ex pura ſua miſericordia iu-  
ſtam infert vltionem. Irasçitur igitur ho-  
minibus, vel potius hominum vitis, vt  
pater corrigens, non vt iudex damnans.  
Vel irasçitur vt pater, cum per verbum  
externè, & per ſpiritum ſuum interne de-  
linquentem increpat, & pœnitentem fa-  
cit. Et irasçitur vt Dominus, quando cor-  
ripit vt durus, & ſtatim vlcisçitur. Irasçer-  
tur vt iudex in extremo iudicio, vbi nec  
pœnitentiæ nec veniæ locus vllus erit.

a. Quam-

## 2. Quando ira Dei est maxima?

Cum non requirit, nec punit hominum peccata.

## 3. Quare homo iratus ab insano differt?

Solo tempore; ira enim teste Horatio furor brevis, insanix initium, irrationalis impetus, & canis impudens est requiescens in sinu stulti. Eccl. 7.

## 4. Quis dicitur iracundus?

Qui ex quacunque etiam parua causa semper ad iram mouetur.

## 5. Unde nascitur affectio ira hominis?

Ex sanguine circa cor efferuescente. hinc dicitur ira hominis accensio sanguinis circa cor, vel hæc passio confurgit ex tristitia illata cum desiderio & spe vlciscendi.

## 6. Quis seipsum consumit?

Ex ira alteri malum inferre cogitans.

## 7. Cui omne quod recte dicitur peruersum videtur?

Menti furore ebriæ. Longius autem furor

pro possessorem suum, aut ad dedecus, aut ad mortem ducit.

## 8. Quid insipientis est?

Iraisci in quibus non oportet, & non irasci in quibus oportet.

## 9. Quando irascendo non peccamus?

Cum nobis & proximis delinquentibus irascimur.

## 10. Quando ira dat diabolo occasionem gloriandi?

Si diu in animo manserit.

## 11. Qui asinorum more calcibus morsibusq; inuicem insultant?

Irati.

## 12. Quid grauius est saxo &amp; onerosus arena?

Ira stulti. Prou. 27. Fatuus autem statim indicat iram suam. Pro. 12.

## 13. Quid vel maxime prodest iratis?

Deformitatem iræ intueri. Deprehendet autem quis facile excandescens iræ turpitudinem in alio ira concitato.

## 14. Quos omnis decor linquit?

Iratos. Nam eorum totum corpus inuere-

uerede tremat, cor palpitatur, vsus rationis perturbatur, vniuersa facies inflatur, multus in ore toto rubor, seu pallor est, flagrant emicantq; oculi, surgunt capilli, oratument, dentes labris impinguntur & comprimuntur, interdum & concrepant, sermo prærumpitur, lingua præpeditur, labia quatuntur, irrationabiliter vociferatur, corporis membra frigescent, & sanguine venę nigrescent, manus incompofite complo duntur, & humus ridiculè pedibus pulsatur.

15. *Qui semper sunt fugiendi?*

Domini irati. & ab hoste irato in primis cauendum est. *Vir enim iracundus*, Proue. 15. 26. & 29. *prouocat rixas*, & per iram rumpitur gratia vitæ socialis, immo ira domos & familias totas euertit. Cum iracundo igitur nemo sit assiduus, Prouer. 18. *Cum enim spiritus facilis est ad irascendum, nemo concorditer habitare potest*.

26. *Quomodo iratus voto & voce homicidium peragit, etiamsi à læsione proximi manibus cessat?*

Cum in maledictionis iaculum lingua vertit, & proximi interitum precibus exposcit.

17. *Quorum verba longam habent pœnitentiam?*

Iratorum. Ad peccandum enim est procliuior, qui ad indignandum est facilior: ideo intentius iracundiæ obfistendum, & lingua continenda est, cum ea maxime animum mouet.

18. *Quis matrem suam (mentem) comedit?*

Cogitatio iracundi; ira enim intelligentiæ lumen subtrahit, hominem ab omni consilio & mente deturbat, & grauem conscientia remorsum in ipso relinquit.

19. *Quare per iram iustitia relinquitur?*

Quia dum perturbata mens iudicium sine ratione exasperat, omne quod furor suggerit, rectum putat. Per eandem amittitur patientia & consilium.

20. *Quis frustra à Deo querit medicinam?*

Proximo reseruans iram. Syr. 28.

21. *Quis subdole insidiatur vt coluber?*

Animus iratus.

22. *Cur ira Spiritus sancto habitationem claudit?*

Quia quietem mentis subtrahit. Spiritus sanctus enim super solum humilem & quietum requiescit.

23. *Apud quem citò moritur iracundia?*

Apud bonum virum.

24. *Quis hostem superat maximum?*

Qui iracundiam vincit, compescere iram non minoris est virtutis, quàm omnino non irasci: & iram reprimens melior ac fortior est, quàm qui capit ciuitatem.

25. *Quis de ira maximam & splendidissimam reportat victoriam?*

Non qui vlciscitur iniurias, sed quieas æquo animo tolerat.

26. *Cui non est respondendum?*

Irato.

27. *Qui ira facile potest compesci?*

1. Si iratus sibi omnes quas pati potest con-

contumelias proponat. 2. Si recolat se in Deum & proximum sæpe peccasse. 3. Si Christi perpeffa probra mente sæpe reuoluat. 4. Si futurum iudicium metuat. 5. Si recordetur misericordiæ Dei in peccatores.

28. *Quando iratus potest quid agere?*

Cùm mens concitata ad tranquillitatem redierit.

29. *Quomodo quis proximi iram facile poterit?*

Cùm aduersus eum non irascitur.

30. *Super quid non debet sol occidere?*

Super iracundiam. Ephes. 4. v. 27.

31. *Quid significat hoc symbolum: in vltione Callipedes?*

Lentissimos nos esse debere in vlciscendo. Suetonius enim refert in Tiberio hunc, seu hominem seu animans aliud, cū diem totum se commouerit, non promouere tamen cubitum vnum, vt tarditas illa aprouerbiū venerit.

32. *Quid est, lacrymis ignem exstingue?*

Iram pœnitentiæ & petitione veniæ placato, nō est turpe veniam precari. Turpe est Deum aut hominem habere inimicum. Non est ira ferro armanda.

33. *Quid faciam stomachans dum quisquam iurgia iactat?*

*Quicquid agat, tacitæ tu concoque fortior iras.* Syr. 8. *Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna,* hoc est, ne verbis verba refellens accendas magis magisque ignem. Gen. 13. Abraham ad Loth: *Ne sit iurgium,* &c. Durum non duro cedit, sed molle ac mite, vt si iētus tormenti bellid in sacco lana plenum dirigatur. Mites (Matt. 5.) firmam patriæ cœlestis ac viuentium terram æterna hæreditate possidebunt, quia hîc ad tempus exiguo spatio, & modica in re alteri cesserunt. Isaac (Genes. 26) æmulis exiguum cedens locum, maiorem inuenit.

34. *Quomodo commodè sumitur vindicta de iracundo?*

**Non cum irridendo, irritando, vel quoquo**

quo modo ad maiorem intemperiem adigendo, sed eius infirmitati compatiendo, tacendo, nihil respondendo, & libera eius futilitati fræna laxando, vt quicquid volet effundat, donec ipse sua sponte fatigatus abistat. S. Chrysostomus super Matth. S. vindicare vis, sile, & funestam ei dedisti plagam. Cùm Tobias ab vxore irrideret, quasi ob benefacta incidisset in cæcitatem (c. 2.) constanti vsus tolerantia ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis, seque totum ad Deum conuertere. Permissit autem id ei Deus euenire, vt ad eius imitationem patientiæ clypeo disceremus muniri, vt posteris, ait sacra Scriptura, *daretur exemplum patientiæ eius, sicuti & S. Iob.* Cato libr. 1. distich. Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere. Sapiëntior certè est altero, qui dum verbis contenditur, prior tacet. Ille enim hoc pacto ostendit se meliorem suæ linguæ, suarumque affectionum esse magiltrum ac dominum, quod cùm magnæ fortitudinis, tum summæ prudentiæ est. Prouer. 1. *Vir prudens tacebit.* 17. *Stultus quoque si tacerit, sapiens reputabitur,*

& si compresserit labia sua, intelligens. Iob c. 13. Inis amicis: *Vtinam taceretis & pat aremini esse sapientes.* Notus est hic versus: *Dum tacet haud quicquam differt sapientibus amens.*

Cum Solon in confesso quodam solus taceret, rogatus num stultus esset, quod nil diceret, respondit: *nemo stultus tacere potest.*

Vir quidam prudens satis in confesso esse existimans, impotentem cuiusdam mulieris linguam in culpa esse, quod vir ebrius domum rediens, omnia sursum deorsumque verteret, atque in mulieris taciturnitate remedium omne consistere, dedit illi aquam dicens: Statim atque maritum percipis domum remeantem, cochleare vnum huius aquae in os sumito, eamque ibi tantisper teneto, donec illum super lectum suum modestè posueris, & parum admodum, aut etiam nihil molestiarum deinceps habebis. Fecit quod iussa fuerat, & ira accidit, vti illi praedixerat. Existimabat illa in aqua vim illam constitutam esse, & non in sua sic procurata taciturnitate. Quod si multi, seu viri, seu mulieres, statim ex hac aqua ore sumerent, dum alter

lites

lites mouere incipit, statim omnis controversia componeretur, at dum quisque vltimum sibi verbum deferri desiderat, nullus est contentionum finis. Reciproca altercatione contendentes similes sunt ei, cui echo in conuallibus, vel syluis non desinit respondere. Tibiae foramina stridere non cessant, nisi primum inflare desieris.

35. *Quantum nocet contra verbosos contendere verbis?*

Si in medio duarum sibi mutuo in cubili quoque oppositarum fenestrarum candela constituatur, necessario extinguetur si fenestram vtramque perflet ventus, si altera clausa permanferit, lumen poterit conseruari: Ita si vno rixas mouente, & os suum velut ostium vel fenestram pandente, alter se continerit, charitatis lumen in ipso saltem non extinguetur, si ipse quoque fenestram suam pandens, verbis asperioribus contendere poterit & conuitiari, charitas vtrique expugnata delebitur, & peccato vterque erit obno-

xius. Hinc Plal. 38. *Posui ori, &c.* Quia conuicia & iurgia in alium congerit, totum animæ suæ nitorem infuscat, & lumen charitatis in foetidum convertit fumum, qui oculos mentis excæcat. S Gregor. in reg.istro ep. 45. *Quid aliud derrahentes faciunt, nisi quod in puluerem (in hominem ex terra creatum) sufflant, & in oculos suos terram excitant.* Certe sicut qui cælum spuit, vel lapidem proiicit blasphemando, non cælo, neque Deo nocet sed sibi: ita qui in proximum maledicta contorquet, & quasi in terram stat, sibi soli magnum adfert nocumētum. Qui autem in contentione tacet, conscientie puritatem, & lumen charitatis illæsum seruat, ac plurimum meretur, illata sibi iniuriæ & tolerantia. Tot enim gemmas & vniones in capitis sui ornatum admittit quot verba iniuriola sustinet.

36. *Potestne bonus odisse bonum?*

Menander in Pallace:

ἐνὶ ἡμῶν ὁ χρηστὸς Χρηστὸν οὐ μισεῖ πότε.  
Vir autem bonus bonum nunquam odit.

rit. Γνώμη γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.  
Animi enim boni actiones bonæ sunt.

37. *Quomodo ira possit compesci?*

1. Contemplando habitum irati & furentis. Sen. 2. de ira. c. 33. vult vt quales sint hostium vel ferarum cæde madentium, aut ad cædem euntium aspectus, qualia poëtæ inferna monstra finxere succincta serpentibus, & igneo flatu, quales ad bella excitanda, discordiamque in populos diuidendam pacem que lacerandam teterrimæ inferum exeunt furia, talem nobis iram figuremus, &c. 2. Spernendo primum iræ irritamentum, & ipsius seminibus repugnando. Si enim cœperit ferre transfuersos, difficilis ad salutem recursus est. In primis finibus hostis arcendus est: nam cum intrauit, & portis se intulit, modum à captiuis non accipit.

DE INIURIAE TOLERAN-  
TIA.

¶ *Equid agunt qui nos fallunt, agitantq, ro-  
tamq, seu qui nos multis modis vexant,  
vident, iniuria & probri af-  
ficiunt?*

**A**d portum impragnant flabris tua vela se-  
cundis, seu ventum tibi prosperum  
suppeditant, quo celerius citiusq; ad por-  
tum regni caelestis deueharis. Sicut in dis-  
criminibus maris constitutis, nihil gratius  
potest obtingere, quam vt prospero ven-  
to tumescant vela; ita maximæ est felicitatis  
in spirituali nostra nauigatione inu-  
rsis, opprobriis & detractionibus impeti,  
si detractio à tergo nos infestet, à puppi  
flans ventus secundus est. Sin autem aper-  
tum conuitium, exprobratio & contem-  
ptus in faciem, etiam hæc quasi vèti à pro-  
ra flantes, ac spirantes ad nauis nostræ pro-  
motionem non mediocriter adiuuant,  
Rom. 8. *Omnia in bonum, &c* Gnari naucleri  
etiam quolibet vento vtinorunt, solum  
optant

optant ne nullus sit ventus: sit quicumque  
etiam contrarius ad profectum, inflexo  
ad latus velo velificantes vtuntur. S. Aug.  
testatur multa sibi in vita accidisse, quæ cū  
acciderent, aduersa videbantur, quæ tamē  
expertus est postea sibi valde fuisse vtilia  
ac salutaria.

S. Alexius in paterna domo annos 17.  
pro inope sustentatus, & à seruis domesti-  
cis toto eo tempore indigna passus, dure-  
que exceptus de nullo conquestus est. Om-  
nia enim illa nobis chara esse oportet,  
quæ ad finem nostrum consequendum (vt  
ad vitæ æternæ patriam velut vnicum sa-  
lutis nostræ portū celerius & certius per-  
feramur) nos adiuuant. Marul. li. 5. c. 2.

Nobilis Alexandria matrona, vt tradit  
Cassianus, Athanasium Episcopum audiens  
sibi vnam ex viduis dari petijt, quæ Eccle-  
siæ impensis alebantur, cui ipsa beneface-  
re posset. Cæterum cum petenti optima  
concessa esset, queri deinde cœpit non ex  
animi sui sententiæ sibi datam. Ea igitur re-  
stituta deterrimam omnium accepit, de-  
nique illi benigne humaniterque deser-  
uirer,



uiret, nihil ab illa nisi contumelias male-  
dictaque referebat, verbèra quoque inter-  
dum excipiens, ne quid ad coercendam a-  
nimi tolerantiam deesset, inde læta gratias  
egit Athanasio, quod eam sibi tandem de-  
legisset contubernalem, cui pro malo bo-  
num, pro iniuria beneficium reddere af-  
fueret. Nam se ab illa priori ( quoniam  
mitis & mansueti ingenij erat ) officiis fuis-  
se superatam, Sancta ergo & prudens scæ-  
mina eam sibi adsciuerat sociam, quam  
non solum liberaliter alendo pietatis me-  
ritum consequi posset ( quod ad portum  
dirigit ) verum etiam constanter perfe-  
rendo patientiæ adipisci mercedem, quod  
instar prosperrimi venti vela se-  
cundat.

2. *Quid facit ille, malis qui non melior a re-  
pendit, vel malum pro malo  
reddit?*

*Ipsa suam ob volucres animam transfuerbat  
auras, (ob rem leuem) Quia hoc vitium in  
mortalium animis egit radices nunquam  
non repullulascens, ideo toties prohibe-  
tur*

tut. Prou. 20. 24. Leuit. 19. Roman. 12. 1. ad  
Thessal. 2. 1. Per 3. S. Paulus ad Colof 3. ait:  
*Qui iniuriam facit, recipiet id quod inquit gessit  
à Deo, qui ait, mihi vindictam, &c. Hebræor.  
10. Deut. 32.*

Chryl. ho. 4. super Acta Ap. *Vindicta in  
corde posita nocentior vipera. Qui vindicta cupi-  
ditate concepta meditatatur malum, viperam ges-  
tat in pectore.* Sicut enim vipera foetum suum  
parit propriæ vitæ dispendio, quia proles  
matris ventre pereso in lucem prodit, ita  
vindictæ cupiditas eum à quo gestatur in  
anima necat. Si ergo mihi propriam a-  
nimam trucidanti ignosco, cur non ignos-  
cam proximo? Lactantius de ira Dei. *Non  
minus malum est referre iniuriam, quam in-  
ferre.*

Quemadmodum apes creduntur cer-  
tam sibi necem consciscere, postquam vin-  
dictæ studio cuiquam, qui molestiæ ali-  
quid intulisse videbatur, aculeum infixe-  
runt: ita qui illatam iniuriam nouâ vicisci-  
tur, sibi mortem animæ accersit.

Theagnes Thasius athleta nobilissimus  
statuam pro laude promeruit, cumq; iam

è vita discessisset, quidam ex eius obre-  
ctatorum numero, nocte qualibet accen-  
dens eam flagris cœdebat, non aliter quàm  
si in eo ære ipsum viuentem vlcifereretur.  
Cumque inexpletæ esset cupiditatis vin-  
dictæ sumendę pro molestia, quam viri il-  
lius præstantia liuido huius animo dum vi-  
ueret infixerat, tam diu æream eius sta-  
tuam affixit & cecidit, donec illa corruës  
in eum cecidit, eumque oppressit, Pausa-  
nias in Eliacis.

Contra cum apud Alexandrum senex  
quidam Christianus infidelium turba cõ-  
stipatus, maledictis impulsibusque exagi-  
taretur, & ab eo quærerent, quid vnquam  
miraculi fecisset Deus eius Christus? re-  
spondit: *hos ipsum vijs, quas infertis, atq; ma-  
ioribus non moueat nec offendat, iniurijs.* Ecce  
patientia miraculi loco habenda est, vin-  
dicta vero atrocissimi atrocitij. Grego.  
*Victoria non minor est hostes tolerare, quam ho-  
stes vincere.* Augustin. *Iniuria virum ferrem  
probant.*

3. *Qua ratione meos vlciscar plenius hostes?*

*Agger e candentes inimicos in vertice prunæ,*

vel

vel ignem super verticē inimici tui struas,  
ardentes carbonum globos super verti-  
cem eius accumula.

4. *Quomodo eum vt id permittat inducam, aut  
si nolit cogam, vel quomodo eum  
mibi subiiciam?*

Hunc si opus est operi, ac potu solare,  
ciboque, Rom. 12. *Si esurit, &c.* Hugo lib 3.  
de anima. *Nobile victoria genus, ignoscere victo.*  
4. Reg 6. *Elisæus; non percutias, sed pone pa-  
nem, &c.* Adhæc charitati ignoscit chari-  
tas, *Crede, amor exstinctum tunc inflammabit a-  
morem (illius).* Luc. 6. *Benefacite hū qui oderūt  
vos.* Sicut nemo ignem in sinu gestārit,  
quin se fumo & flamma tandem prodat, i-  
ta qui charitatis igne æstuat, oculis, ore,  
spiritu toto, totaque agendi ratione se a-  
deo manifestat, vt proximus quisque per-  
cipiat & permoueatur, S. August. de catec.  
rud. *Nulla est maior provocatio ad amandum,  
quàm prauentire amando.* Cū Saul Dauidi  
malam mortem tam aperto Marte, quam  
per cuniculos assidue moliretur, & tan-  
dem in spelūcam leuandi oneris gratia se-

cessisset, in qua Dauid cum suis latitabat, illique eum hortarentur vt hostem suum quasi à Deo sibi in manus traditum neci daret, pepercit ei Dauid, tantumque chlamydis oram abscidit, quo conlaret postea, quam illi facile fuisset eum perimere, si fuisset animus. Et egresso Saule de spelunca Dauid post tergum eius clamauit & dixit: Domine mi Rex: Et Rege post se respiciente, inclinauit se Dauid pronus super terram, adorans eum, remque omnem ei pacatis verbis explicuit. Quibus ira permotus fuit Saul, vt vberim lacrymans voce leuata clamaret, diceretque Dauidi: *Infior tu es quam ego, &c.* Ecce Saul qui in apertum campum cum suo exercitu Dauidem deleturus aduenerat, aperia voce, fufis lacrymis, blando sermone, coram tribus militum millibus suam fatetur culpam, victum se à dulci charitate agnoscit. Tam obduratum & coniuuratum in Dauidis necem cor officii charitatis potuit emolliiri. 1. Regum 24. vide Marul. libr. 3. cap. 3.

5. Qua

5. *Quae sunt reconciliationis animorum, lucra?*

1. Animi atque affectus tui domitor, victor, ac Rex euadis dum ira compressa vindictæ cupiditatem in tolerantiam, & in morem conuertis. 2. inimici malitiam frangis, & amicum facis. 3. laudem ob hæc magnam, magnamque apud Deum mercedem promereris. 4. animam tuam quæ periclitabatur conseruas, & hostis tui perditam lucraris. 5. excellentissimum Christi exemplum (qui vt nos ex inimicis amicos faceret pro nobis est mortuus) ad viuum imitatus es, & præstantissimum perfectionis specimen tali facto præstitisti.

6. *Quae iniuria non sunt toleranda?*

Deo illata, seu nihil iniurium tolerantum est. Chryostomus homil. 5. cap. 4. Matth. *In proprijs iniurijs esse quempiam patientem laudabile est, iniurias autem Dei distimulare nimis est impium.* Sic Christus Matthæi 4. asperè loquitur dæmoni iuffurari volenti Deo patri honores diuinos: & flagello postea ciecit vendentes & emen-

ementes in templo. Deuter. 32. Moyses videns populum idololatriam committentem, confregit tabulas, vitulum combussit, ac vsque ad puluerem contriuit, quem in aquam sparfit, ex illo puluere potum filiis Israel dedit. Aaró acriter obiurgauit, bonos ad occisionem fratris, amici, proximi prouocauit, & cædem laudauit. Phinees adulterum cum adultera confixit. Elias gladio sacerdotes Baal necauit, &c.

CAPVT XLV.  
DE LINGVA.

1. *Quibus verbis, & quomodo loquendum est?*

**M**Oribus antiquis, presentibus vtere verbis. Phauorinus apud Gell. libr. 1. c. 10. Tanquam scopulum sic fugias inauditum atque insolens verbum. ibid. Homer. Vlysses virum sapienti facundia præditum, vocem mittere ait, non ex ore, sed ex pectore. Gell. 1. c. 15.

2. *Cur petulantia verborum coercenda vallum æuentum est oppositum?*

Vi

Vt loquendi temeritas non cordis tantum custodia atque vigilia cohibeatur, sed & quibusdam quasi excubiis in ore positis sopiatur. Ibidem. Rectè enim Hesiodus, linguam non vulgandam, sed recondendam esse dicit, perinde vt thesaurum, eiusque esse in promendo gratiam plurimam, si modesta, & parca, & modulata sit.

3. *Quis debet esse lingua clauis?*

Animus. cogitandum enim prius quid loquaris, ne lingua mente velocissima sit velocior.

4. *Quid docet hoc symbolum: Linguas ne præsunde, sed caue?*

Non esse libertatem loquendi hominibus tollendam, sed sic viuendum, ne simus cur homines suam in nos libertatem velint exercere Eodem spectat: ora obtura, vel claude, non metu operculo fragili & inualido, sed virtute. Bene enim agendo efficies, ne quis male de te sentiat, ac proinde nec loquatur.

3. VITIOSA

5. *Utrum lingua data est homini potius ad loquendum seu sensa animi exprimendum, quam ad gustandum?*

Primariò seruit gustatui, si *σάλπιξ*, hoc est, cõseruationem indiuidui spectes; ac primariò sermoni, si ad *κοινωνίαν*, id est, societatem ac communicationem mutuã, & ipsam hominis perfectionem, quabrupto præstat, respicias.

6. *Cur Aristoteles (de offi. sud.) linguam eandem optimam & pessimam esse dixit?*

Etiã Aesopus, dum herus ipsius optimum quod reperire posset, eum coqueremandasset, linguas apposuit, neque aliud præterea; deinde pessimum iustus apponere, iterum præter linguas nihil intulit. Rogatus causam respondit: Linguam optimum & pessimum esse. Sicut enim tam malum nihil, quod lingua laudando non ita extollat, ut videatur bonum esse, ita nihil tam bonum, quod non valeat lingua ut malum exosum efficere. Salom. Prouerb. 18. ait: *Mors & vitæ in manu lingua.*  
Non

Non enim sibi solum homo vite, vel mortis animæ occasio per linguam existit, bona vel mala loquendo, verum etiã aliis in anima & corpore. Multos lingua à morte dicendo eripuit, & multos per falsa testimonia, & iniustas accusationes in mortem aegit.

7. *Cur S. Bernardus linguam vocat aptissimum instrumentum euacuandis cordibus?*

Quia quicquid voluitur animo, id linguã profunditur quando opus est.

8. *Cur Deus variis eam modis communiuit?*

Ne in abusum erumperet, ut tardi, circumspecti & præmeditati in loquendo essemus. (Iacobi.) ideo binos oculos, & aures binas homini concessit, linguam verò vnicam, & aures semper patulas tanquam ad audiendum & obediendum paratas esse voluit, os vero communiter clausum, ut opus sit id ad loquendum aperire, spatio interim deliberandi concessio. Ne verò in turpem, ineptam, vel quoquo modo culpabilem prolocutionem erumperemus,  
in fau.

in faucibus, vt in profundo antro, recon-  
dita hæret, subtilibus frequentibusq; ner-  
uulis sursum deorsum, sed præsertim ad  
latera porrectis, quasi retinaculis vincta  
coarctatur: neque illi solum, vt frænis ad  
maxillarum latera deductis, constringi-  
tur, equorum more, verum etiam vt fero-  
ciores caballi os in altum nimis attollen-  
tas subligaculo quodam ab ore ad pectus  
tendente vincuntur, ita subtus colligata  
ori astringitur: vnde & à ligando nomen  
habet. Adhæc cingitur osses triginta plus  
minus dentium sepe, & ad extremum duo-  
bus labris quasi valuis seu pontibus ducti-  
libus, immo & vallo concluditur. Psalm.  
140. *Pone custodiam, &c.*

9. *Cur S. Iac. c. 3. ait linguam esse in herine, quod  
frænum est in equo, clauis in nauis, &  
cauda in piscibus & auribus?*

Quia ab eius directione reliquorum om-  
nium pender gubernatio.

10. *Quare asserit eam instigare rotam nati-  
uitatis nostræ?*

Rotam natiuitatis est corpus, cum quo

nati sumus, quod ab ortu vsque ad mortis  
occasum, instar rotæ, per continuam in-  
constantiam ac varietatum volubilitatem  
versatur. Nam rotam accendit, dum mille  
modis maledicta congerit, mentitur, ca-  
lumniatur, lites mouet, cædes struit, &  
quasi incendio suo inuoluit quæcumque  
contingit. Aman (Esther 3.) rotam prope-  
modum, nisi prudens obstitisset Esther,  
Iudæorum gentem lingue virulentia in-  
terbecioni tradidisset. Sicut vnus scintil-  
læ malè custoditæ occasione domus inte-  
gra, immo & tota ciuitas deflagrare po-  
test, ira & lingue incuria.

### 11. *Cur vocat inquietum malum?*

Quia dum à loquacitate & dicacitate  
mordaci non quiescit, & suum inquietat  
hospitem, & alios quos fatigat.

### 12. *Quid deterret pios ab vsu lingue?*

Nolunt pro tantilli membri licentiâ ac  
voluptate rotum corpus, ipsamque adeo  
animam æternæ damnationis periculo  
exponere. Exhorrescunt diuitis epulonis  
exemplum, qui ne guttam quidem aquæ

in ardentis linguæ solatium obtinuit. (Lucæ 16.) Sciunt tanti non esse faciendam eam voluptatem, quæ vel ex mēdacio vel ex irrisione, vel scurrilitatibus aliisque eiusmodi ineptiis capitur, vt propterea æterna gehennæ supplicia, sempiternam confusionem, acerrima impropria, mutuas execrationes, & dæmonum intolerandam assiduamque diuexationem sustinere velint. Nolunt in gratiam voluptatule tam parue corporis particulę totos se corpore & anima in nunquam morituros cruciatus proicere. Dicunt igitur quoties eā ad dicendum, quod non oportet, sentiunt prurientem: *Lingua quò vadis? nimis magno nobis constarent tuæ excursions: te intra tuos limites contine.*

13. *In qua fornace possunt recudi lingua vt loquamur rectè?*

Fornax ardentissima est Christi latus apertum, in quod forcipibus timoris & amoris apprehensæ mittantur, ignescant, & tractabiles fiant; in cunctis loco deorsum est Christi patientis, de quo Psalm. 128.

*Super*

*Super dorsum meum fabricauerunt peccatores.*

14. *Cur balbi, seu qui lingua hæsitant, sunt melancholici, & morbis melancholicis obnoxij?*

Quia omnes melancholici habent celeres phantasiæ motus, qui motum linguæ anteuertunt, ideo sunt balbi, adhæc cum pro animi consilio & voluntate loqui nō possint, sibi ipsis succensent, & cum loqui coram aliis formident, mœrore afficiuntur, ex his duobus affectibus augetur in ipsis humor melancholicus.

## CAPVT XLVI.

### DE L V X V R I A.

1. *Quid est impudicus amor?*

**T**heophrastus hoc interrogatus respondit: *παθὸς ψυχῆς σχολαζούσης*. Morbus animi vacantis seu otiosi.

2. *Quos potissimum dedecet hic amor?*

Seneca:

*Turpe senex miles, turpe senilis amor.*

*Mil-*

*Militat in teneris annis amor hospes amœnus.*

*Est in canicie ridiculosa Venus.*

*Exultat lenitate puer, grauitate senectus.*

*Inter vtrumque manens stat iuuenile decus,*

3. Cur Christus in suo collegio Apostol. nullum permisit tibi in luxuriam, vel eius suspicionem, cum permiserit tibi quosdam in ambitionem, contentionem, furtum, prodicionem, apostasiam, negationem? &c.

D. Tho. 2. 2. qu. 151. ar. 4. ad 3. inter vitia intemperantiæ præcipue sunt exprobrabilia peccata venerea, tum propter mentis à Deo alienationem & carnis inobedientiam, tum quod ratio ab his maxime absorberur.

## CAPVT XLVII.

### DE LOCIS COMMVNIBVS.

1. Cur diligentes & in officio non claudicantes studiosi ex nitido papyro iusta magnitudine libris, in ysg<sub>2</sub> locos communes omnium rerum per alphabeti ordinem descriptos habent?

**V**T in hoc quicquid legentibus occurrit, quod in classem aliquam dictorum

rum locorum rectè referri queat, excerptum describant, multa enim nobis sæpe inter legendum & audiendum occurrunt, quæ nisi hoc modo custodita facile in memoria obscurantur & euanescent, & à re-quirentibus dum integri sæpe libri releguntur, ægrè inueniuntur. Plinius certè nihil vnquam legit, quod non eo modo notandum putârît. Anton. Muret. orat. 8. in qua cursum studiorum suorum exponit: vt pater familias, inquit, qui mercaturæ causa in lóginquas terrarum oras profectus, dulcè eximieq; charã domi vxorè reliquit, sæpe de ea cogitãs sicubi aut gemmam aliquam, aut scitè ornatum annulum, aut monile baccatum, segmentatam vestem, aut talia mundi muliebris ornamenta conspexit, studiose omnia comparat ac seponit, quibus eam domum reuersus muneretur: sic me per omne scriptorum genus vagantem nunquam ea cura ac cogitatio deserebat, ecquid excerptere ac delibare ex eorum vnoquoque possem, quod cum ad iurisprudentiam reuerterer ad eam expoliendam & exornandam ac-

I com-



commodatum esset. Sciebam enim quàm turpe haberetur, & diu manere, & inanem redire.

Rodolphus Agricola epi. de formando studio: Certa, inquit, rerum capita habebimus; quæcunque discimus ad ea redigamus, ut repetendis capitibus illis, ea quoque quæ ad ea redigimus reueramus. Sic fiet tandem ut omnia quæ discimus, certa nobis presentiaque & prope sub conspectu mancant.

Erasmus quem Muretus lib. 4. variat. lect. c. 17. multæ ac variæ lectionis hominem appellat, lib. de copia rerum ait: Qui destinavit per omne genus authorum lectione grassari, (nam id omnino semel in vita faciendum ei, qui velit inter eruditos haberi) prius sibi quam plurimos comparabit locos. Quicquid vsquam obuium erit, in vllis authoribus præcipue si sit insignius, mox suo loco annotabis. Atque ad eum modum pariter fiet, ut & alius insideant animo quæ legeris, & affuescas uti lectionis opibus. Sunt enim qui licet plurima teneant velut in mundo reposita, ta-

men

men in dicendo scribendoque mirè sunt inopes ac nudi. Postremo utcunque postulat occasio, ad manum erit dicendi suppellex, artis veluti nidus, unde quæ voles peras. Descripsisse ferme est memoriter didicisse.

Cùm constet studiorum nostrorum hunc finem esse, ut & pectus maximarum rerum varietate sapientissimisque præceptis compleamus, & linguam lectissimorum verborum copia ad sensa mentis recte ornateque enuncianda instruamus, studiosus velut apicula diligens, per omnes auctorum hortos volitabit, flosculis omnibus adsultabit, vndique succi delicatioris ac sapidioris non nihil colligens, ac delibans, quod in suum deferat aluearium, iuxta illud Lucretij lib. 3.

*Florisferis ut apes in saltibus omnia libant,*

*Omnia nos iidem decerpimus atque a dicta.*

Macrobius sub initium libr. 1. Saturnal. ait. Apes imitari debemus, quæ vagantur, & flores carpunt, deinde quicquid attulerè disponunt, ac per factos diuidunt,

I 4

& sic

& succum varium in vnum saporem mixtura quadam & proprietate spiritus sui mutant. Hierony. VVolfst. in annot. in 2. quæst. Tuscul. Cice. Nec feliciter studet quisquam, ait, nisi qui omnia, quæ legit & audit, ad suos fontes reuocat, καὶ σαμαλοποιεῖ. Ceterum in annotando velim vnumquemque non nimis esse curiosum, aut integras paginas referre in commentarium, sed codices suos quos accuratè perlegerit, perpetuo conseruare, &c. Isocrates ad Demonic. ait: vt apes omnibus quidem flosculis insidere, de singulis autem vtilia carpere videmus: sic eruditionis comparandæ studiosos nihil inexploratum relinquere, sed profutura quæ sunt vndiq; colligere decet.

Vt laboriosa formica grauis quæ iugi labore per æstatem cõuexit in aluearium, læta fruitur, ac sese pascit in hyeme, muscæ autem quæ turpi otio, & quasi lusibus tempus omne æstiuum perdiderunt, tunc fame enecantur: ita qui in adolescentia locos communes coaceruarunt, vberes suæ diligentia decerpent in virili ætate fructus.

Ætus. vide lib. 3. de rectè formando studio Theolog. Fr. Laurentij à Villauincentio. Non tantum voluptatem capit diues avarus ex auri argentiq;e, quod per fas & nefas corrasit aspectu, quantum capit vir eruditus ex locis communibus à se in adolescentia collectis.

2. Quid faciendum autem studiosis paratis iam diuersis de rebus locis communibus?

Ne ita literis fidelissimis vocum custodia confidant, vt diues ille ridiculus apud Senecam, qui sic animum induxerat, vt se tenere crederet quicquid seruorum quisquam meminisset. Noli committere, rectè scribit ille, vt codices habeas eruditos ipse ineruditus.

## CAPVT XLVIII.

## DE LIBRIS,

1. Cur Deo & Angelis est gratissimum alios ad bona opera libris suis incitare, & à malis retrahere?

Q Via Angelorum officium hoc est, qui nobiscū semper versantur. Mul-

ed enim plura reprobi mala facerent, si per beatos spiritus non impedirentur. Qui alterum ad bonum prouocat, infinitum sibi premium procurat. Et qui aliquem damnandum ab vno malo opere retrahit, ab aliqua æterna pœna, licet non ab omni, eum præseruat, at finiti laboris ad infinitam illam penam nulla est comparatio. Hinc è contrario patet, quam grande peccatum sit eius, qui aliquem saltem ab vno impedit, vel ad vnum peccatum trahit, quia non habet vnde illi tantum damnum refunderet, etiam si totum orbem illi dare posset.

2. *Quilibi sunt sine typographorum mendis?*

Antiqui: cum ob sordes auaritiæ, Bibliopolæ & Typographi nostræ ætatis sæpe non vtantur opera doctorum Correctorum, Timon Pyrrhonis, vt Athenæus appellat, genere Phlasius, vt Laërt. Diogenes Sillorum ille petulantissimus scriptor, vt est apud Gell. interrogatus ab Arato Acheorum duce, quo pacto quis sine menda Homeri opera adipiscatur: Si quis inquit,

inquit, vetera exemplaria noctis fuerit, non ea que nuper emendata sunt. Vel poëta Aratus cum de Zenone quæsisset, quomodo posset emere poemata Homeri quam maxime emendata, respondit ille, si non recentia sed antiquissima sibi comparasset exemplaria. Bisc. lib. 13. hor. sub. c. 1.

3. *Quares non intereunt?*

Sola monumenta literarum perpetuo concionantur. Martialis lib. 10. Epigr. 2. *Chartæ nec furti nocent, &c.* lib. 8. Epigr. 7. *me tamen ora legent, &c.* Ouid. extrem. Metam. c. vlt. *Ore legar populi, &c.* li. Amorus, Elegia 15. *Quid mihi linor edax, &c.* lib. 4. de Ponto Eleg. 8. *Carmine sit vitæ virtus, &c.* Hora. oda 3. li. 3. *Exegi monumentum æro perennius, &c.* oda 8. lib. 3. *dignum laude virum Musa negat mori.* Idem. *Parum sepulta distat inertia celata virtus.* Bisciol. horar. subseciu. lib. 11. cap. 1. C. pedo Albinouanus: *Vinitur ingenio, cetera mortis erunt.* Theocritus: *Ex Musis hominum decus est insigne.* Ioan. Anton. Campanus lib. 1. Epigrammat. *Carmina radices latam sparsere per orbem, vt nulla venti parte nocere queant, &c.*

Idem ep. 5. lib. 1. ad Paul. II. Pontif. de historia ait: *Hac vna facit, vt extincti viuāt, mortui loquantur, redeant præterita tempora, & qua absunt longissimè à nobis versari nobiscum, & in oculis esse videantur, &c.* Cato Maior apud Veget. lib. de re milit. 2. c. 3. Vnius, ait, *atatis sunt que fortiter fiunt, qua verò pro utilitate publica scribuntur, æterna sunt.* Certè non ipsi soli scriptores perpetuo viuunt, sed & illi quos celebrant, qui alioqui sempiternis tenebris iacuisent inuoluti. *Maius ab exequijs nomen in ora venit.*

4. *Quanti fecit Ptolemaeus Rex Aegypti vetustissimos codices?*

Is cum monitore Demetrio Phalereo viro doctissimo, ornare cuperet præclarissimam illam suam Bibliothecam, ab Atheniensibus petiit, sibi vt liceret Sophoclis & Euripidis tragædias, ex ipsorummet manu scriptis libris, quos Athenienses custodiebant accuratissimè describere; cum præcise negauissent, egerrimè Regem tulisse, & non multo post ita vltum fuisse, cum in summa annonæ caritate vellet, frumentum ex Aegypto Athenienses

ses exportare, illum seuerè prohibuisse, ita illi fame compulsi ἀπολογοῦσθαι illorum poetarum ad Regem miserunt, & Rex vehementer dono delectatus, concessit Atheniensibus vt sine portorio frumentum in patriam exportarent.

5. *Cur ea qua dicimus alijs, libenter scribendo libros communicabimus?*

Ne videamur esse inuidi. Hinc Theog. Musarum interpret si quid sapientius vnquam noverit, inuidia sint procul inde mala.

Nuncq; alia inueniat, nunc monstret, plurima tondat,

*Si solus sapiat, nempe quis vsus erit?*

Syr. 20. *Sapientia absconsa & thesaurus inuisus, qua vtilitas in vtrisque? v. Bisciol. horar. subsec. libr. 20. c. 22. Inuidia carent Musarum fores. ἀποθῶναι μισῶν θύρας. Musarum portæ apertæ. ἀνεῳγμέναι μισῶν θύρας.*

6. *Cur editiones librorum vltimæ solent esse accuratiores & emendatiores?*

— *Docuit complura Solonem*

*Longa dies, iuuenum qua latuère diu.*

*Scriptit Aristoteles iuuenis, que grandior idē*

*Correxit, multu expolijt q̄, locis.*

*Plurima posterior cogitatio promis, adauget,*

*Digerit, exornat, conciliat q̄, decus.*

Ἐποφύδες δευτέραι σφραγίδαι, posteriora cō-  
silia meliora, limatiora prioribus poste-  
riora. Vincunt se in posterioribus arti-  
fices.

*7. Cur expedit multos scribi libros ?*

Rupertus Abbas Tuitiensis: Quis rectè  
indignetur eo quod in eadem possessione  
post vnum aut duos puteos, quos foderūt  
patres præcedentes, plures faciant filij suc-  
cedentes? Isaac alios puteos fecit præter  
illos quos fecerunt serui patris sui Abra-  
ham. Nobis quoque concedant post illos  
puteos quos fecerūt patres & priores no-  
stri, & alios facere, dummodo viuam, &  
nos aquam reperire possimus. Et in præ-  
fat. de gloriof. SS. Trinit. ad Pont. Maxim.  
Non est bene videntium, immo inuiden-  
tium est tali similitudine vti vt dicant: si-  
cut Exo. 36. offerebat populus plus quam  
necessarium fuit, ita nunc plures scribun-  
tur libri quàm necessarium sit.

## CAPVT XLIX.

## DE LAUDE.

*1. Estne laudabile laudem querere seu sectari?*

**L**Audem fugere, non laudem querere  
laudabile est. Proprio laus forderet in  
ore. Diony. Cato de morib. ad filium. l. 2.

*Nec te collaudes nec te vulpauerit ipse,*

*Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis.*

Prou. 27. *Laudet te alienus & non os tuum.*

## CAPVT L.

## DE LABORE.

*1. Quid post laborem suauissimum?*

**F**RUCTUS. *Parta labore iuuans.* Est autem  
corpus animo fulciendum, hoc est, nõ  
succumbendum operibus honestis, sed  
deficientibus corporis viribus animi cō-  
natus tantus erit, vt labens ac decidens  
corpus sustentet. Sen. de vita beata.

*2. Torpentem quam exortiet piger arte  
veterum?*

*Paruula sit magni exemplo formica laboris.*  
Prou. 6.

3. *Tentatne diabolus hominem aliquid operis  
semper aditantem?*

Sicut aues non nidificant super alis molarum, nec in illis multum desident, nisi dum illæ à solito suo motu quiescunt: ita diabolus neque locum neque quietem in illis reperit, qui semper in motu & in actione sunt se aliquo bono exercitio occupantes. Hinc S. Hieron. ad Rustic. mon. Semper diabolus te inueniat occupatum.

4. *Vespere quem mulcet liquida ac sincera voluptas? vel quis vesperi gaudet?*

Qui solidam virtute diem expēdisse reuoluit, Vel qui diem fructuose expendit. Dies bene exactus lætum vesperum parit. Tho. de Kemp. de imit. Christi. lib. 1. c. vlt. Gau. debis semper vespere, si diem expendas fructuose. Sic & mors quieta oritur ex vita bene transacta: & sub vesperam diei totius vitæ gaudet homo, quod Deo ex animo feruiuit, & gaudebit in vltimo vespere vel fine mundi, quādo in anima & corpore æqua fiet omnibus retributio, apud Stobæum. Non licet præsentem diem re-  
cē

Et viuere, nisi quasi vltimam victurus cogitaueris.

5. *Quid spes sine labore prodest?*

Socrat. Neque mulier sine viro, neque spes bona sine labore quicquā vtile profert. Manil. *Omnia conando docilis solertia vincit.*

## CAPVT LI.

### DE LV S I B V S.

1. *Quid est ludus aleæ, & quantum inde nascitur mali?*

Est alter otij, magister ignauitiæ, instrumentum auaritiæ, fraudis officina, rei familiaris euerfio, rixæ materia, morū pernicies, dignitatis labes, insignis ignominia, angor denique animi & cruciatus assiduus. Qui enim perdit afflicatur, qui lucrum facit, quamuis intemperanter exultet, ne tamen id quod est lucratus amittat, animo anxio atque sollicito reformidat. Adde impuræ consuetudinis & familiaritatis dedecora, quibus afficiuntur qui cum aleatoribus viuunt, & pœnæ illius diutur-

nitatem, qua damnati sunt omnes, qui huiusmodi ludis affixi sunt. Vt enim Prometheus ad Caucaſum affixus ( vt poëta prohibent ) inuitus aquilæ viscera laceranda atque deuoranda præbebat, sic aleatores in nequitia vinculis aſtricti ſunt, vt quamuis viscera ſua conſumi cum magno cruciatu videant, non tamen inde auelli poſſint; Anni verò interim labuntur, ætas flagitiſe conteritur, res familiaris conſumitur, ſtudio dignitatis abiicitur, omniſq; ratio induſtriæ & humanitatis & pietatis exſtinguitur. Oſorius li. 7. de inſti, Regis,

## CAPVT LII.

## DE LVXVRIA.

1. *Abherrētne brut a ſeu animalia muta à crimine adulterij?*

**P**Olemon ſ. com. lib. ad Regem Antigonom, & ex eo Athei, li. 9. c. 12. tradiderunt Porphyreonem auem ſenſum habere adulterij tam acram, vt ſi domi, in qua verſatur, à matre familias id flagitium cōmittatur ſignificet non alis, non voce, ſed ſui

ſui ipſius morte per ſuſpēdium quaſitas; eaq; eſt cauſa cur vocetur à Græcis *thalami* *μύνη*, quaſi thalami cuſtos, ſeu violati thalami vindex. v. Athen. lib. 14. de anim. c. 35. addit Aelianus poſt Ariſtotel. ſi vel ſolum viderit meretricem conſeſſim emori. Inter aues eſt Hebrais ad cibum veritas, Leuit. 11. Deu. 14. ne viderentur horrere pudicitiam.

De elephantis ſcribit Plin. lib. 8. cap. 5. nulla adulteria nouere. Aelian. addit eos adulteria auerſari & horrere, idq; probat exemplo elephantis in India, qui cum cerneret magiſtri ſui vxorem à neſcio quo ſtuprari, ambos cornu ( ſiue dentem malis appellare ) tranſigens interfecit: alterius item Romæ, quidem facinus egregium fecit, ſed hoc cumulo quod reuerſo domum magiſtro, quos adulteros à ſe occiſos ſtragula veſte contexerat, veſte reiecta ſimul iacentes oſtendit; & alterius, cuius magiſter vxorem interfecerat, non pulchram vt alterius poteretur amoribus, & defoderat non longè à præſepi ſuo, qui tanti ſcleris conſcientia

motus

motus ad præsepe nouam vxorem ducēs, effossa terra prioris cadauer ipsi indicauit, re conatus efficere, quod oratione non poterat, quibus scilicet moribus is esset cui nupserat. Consule Aelia. li. 1. c. 15. de anim. vbi de ciconia castissima.

## CAPVT LIII.

## DE MEDICIS.

*1. Cur Cod. de medicis l. parabolam? Medici vocant parabolam?*

**Q**uia vt ait Accursius, multas habent parabolas, quoniam vt quisque loquacissimus est, ita doctissimus medicus vulgi sententia, cum tamen medicos minimè loquaces esse deceat, nam vt ait Menander. Garrulus medicus alter ægroto morbus.

Alphonfus Aragonum Rex cum æger lecto affixus **Q**. Curtium legisset, & eo ipso die conualuisset, iratus in medicos, nō tunc solum, sed & crebro solitus erat Aui-cennam parabolam vocare, & **Q**. Curtium vt veriozem medicum magnis laudibus

dibusefferre. Panormit. At Arnoldus à Villa noua lect. 7. c. 3. docet medico more Christi & Salomonis vtendum esse parabolis, vt quæ occulta sunt, per ea, quæ sub sensum cadunt, exponat.

*2. Quam regulam seruant medici?*

*Est medicinalis medicorum regulata, Vt dicant da da, cum dicit languidus ab ab.*

*3. Qui medici diu incolumes ope sua artis vixerunt?*

*1. Hippocrates vsque ad annum centesimum quartum ætate prouectus est. 2. Asclepiades eo processit artis suæ fiducia, vt ausus sit cum fortuna sponsonem facere, ne medicus haberetur, si v!lo vnquã morbo tentatus esset, & victor cum ad extremam senectutem sine v!lo morbo peruenisset, scalarum lapsu exanimatus est. 3. Galenus cum imbecilliori valetudine vsus esset adolescens, ita eam arte correxit, vt ad septuagesimum annum perueniret.*



1. *Qua remedia vulneribus adhibita maximum faciunt dolorem?*

**S**alutaria. Cic. ad Octavianum.

*Emptra solet carere multum medicina iuuare, Cumq; datur gratis nil confert utilitatis.*

2. *Quomodo Gregorij Nazianzenis soror Gorgonia miraculose sanitati restituta est?*

Grego. Nazianzenus de laudibus Gorgoniae narrat eam euerso curru per saxa & praecipitia raptatam, & luxatis omnibus membris semianimam relictam esse, foemineo autem pudore viros medicos adhibere noluisse, sed ad solum Deum pro remedio confugisse, nec spe sua frustratam repente sine medicorum opera conualluisse, ac pristinum robur recepisse. addit multos hoc miraculo in fide prouidentiae Dei confirmatos fuisse.

2. *Quos*

3. *Quos S. Augustinus vocat martyres in proprijs lectis?*

Qui malunt aegrotare & mori, quam Deum offendere admittendo fortilegas pro cura sua. ser. 46. de sanctis, & li. de honest. mul.

4. *Cur Christus cum humana natura nullum morbum assumpsit?*

Quia morbi non conducebant ad redemptionem generis humani, immo impediuissent ipsum plurimum. Et indecens fuisset Redemptorem hominem esse caecum, claudum, &c. Accedit quod aegros sanaturus venerat. D. Th. 3. p. 9. 14. ar. 3. & 4.

5. *Qua in re saepe posita est proxima causa pestilentium morborum?*

In ventorum varietate, qui ab Austro spirant, calidi sunt & humidi, à septentrione frigidi, &c. An. 1094. ab idibus Octobris ad Aprilem vsque mensem in Belgis perpetuo pluuisse narrat Iaco. Meier. in Chron. Fland. mox grauissimam pestilentiam ortam, quae magnam consumpsit partem mortaliu. Vt An. 1025, nata in Germ.

cum

cum fame quater tertia pars hominum confecta est, vt Ioan. Cuspin. annotauit. In septentrionales populos adeo tum sæpe, tū vehementer debacchatur, vt aliquando agros integros exhauriat colonis, non ob aerem infectum, sed ob negligētiam mutui conuictus & contactus. Euagr. libr. 4. cap. 39 & Niceph. libr. 17. cap. 18. referunt sub Iustin. Imperat. pestem quinquagesimum superasse annum, & totum ferè orbem terrarum populatam. Sigeb. in Chro. ait ann. 1006, pestem vniuersum per orbem fuisse diffusam, & in ea multo plures periisse quàm superstites relictī fuerunt. Lege Varr. 1. de re rusti. cap. 4. Quomodo Hippocrates à peste plurima loca & populum magnum liberauerit.

## CAPVT LV.

## DE MAGISTRATV.

## 1. Quodnam sit officium boni senatoris?

**C**ic. 3. de leg. Huic, inquit, iussa tria sunt, vt ad sit, nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est, vt loco suo dicat, id est, rogatus; vt mo-

vt mo-

vt modo, ne sit infinitus, Nam breuitas nõ modo senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia. addebat Cato; *populi causas teneto*. Est enim senatori necessarium nosse Remp.

## 2. Quid optandum in Principibus &amp; magistratibus alijs?

Casparus Slichius trium Cæsarum consiliarius optare se dicebat, Reges & Principes aliquando priuatos & pauperes fuisse. Nec enim satis miseretur qui nunquam fuit miser, Aeneas Syluius ad capit. 33. Panormitani de gestis Alphonso.

## 3. Expeditne Principem aliquando mutata veste incognitum incedere, &amp; de seipso atque purpuratus suis confabulari?

Fridericus senior Dux Austriae, Imp. Friderici pater, interrogatus cur id ageret? Respondit, *neque de me alio modo verum audire possum*.

## 4. Quae virtus maximè decet magistratum?

Prudentia. Quid enim est aliud potentia in stulto, quàm gladius in manus furētis?

tis?

tis? Hinc ex Hieroglyphicis Aegyptiorum sumptum est illud symbolum : *Oculus in sceptro.*

5. *Quo imperio nullum est grauius aut potentius?*

Quieto, quia in eo plus est authoritatis & maiestatis, quàm in vehementi, ac turbulento. Imperium concitatum vt multum habet impetus, sic minus virium, citius contemnitur, facilius frangitur, hinc Symbolum illud: *Extorquet quies.* & illud: *Blandum imperium imperiosum.* Quia maiores habet vires, & fortius cogit.

6. *Qui honores sunt onera?*

Multæ curæ & sollicitudines suscipiendæ sunt, multi labores deuorandi constituti: in dignitate aut honore, idem docet illud: *Fasces, fasces.* Erant enim fasces Romanorum magistratuum insignia, sunt etiam fasces farcinæ & onera.

7. *Quid est principem seu magistratum agere?*

Publicas utilitates suis antepone, estimareque neminem esse inter subditos, cuius cura peculiariter ad se non pertinet. Itaque officium suum implet propria

pria commoda, & proprios affectus exuendo, induendo communes, ideo enim electi sunt magistratus, vt essent qui suis priuatis soluti curis publicis excubarent. Imperare est officium non regnum. Cui igitur magistratus mandatur, is sciat iam non sibi suas utilitates esse quærendas, sed populi cui præest. Deberet pro curiarum foribus dictum aliquod in hanc sententiam inscribi, quo admoneretur magistratus: *Huc ingrediens personam priuatam deponere, vel in lumine relinquere, publicam sumere.*

## CAPVT LVI.

### DE MATRIMONIO.

1. *Quando ineundum est matrimonium?*

**L**Vtherus ser. de matr. ait: manè surgere, & manè contrahere matrimonium neminem debet poenitere. Germanice ad oram libri attextitur: *Frühe aufstehen vnd frühe freyen / das sol niemand gereuen / &c.* Isaac autem Patriarcha coniugium ad quadragesimum ætatis suæ annum distulit, nec Abrahamus filio tam dilecto

nisi ad tantam ætatem prouecto vxorem quæsiuit. Luth. *ibid.* vult ab adolescētibus nuptias differri ad 20. annum, & quidem ad summum (quasi dicat longè consultius fore, si vigesimus annus anteuertatur) à puellis ad 15. vel 18. At Arist. 7. Polit. cap. 16. non nisi 37. anno viris nuptiarum potestatem facit, & asserit ex præcocibus cōiugiis hic incommodum inter cætera oriri quod tales coniuges incontinētioresefficiuntur; *Ad continentiam quoque, inquit, vile est nuptias fieri seriores, intemperantiores enim videntur cum puella Veneri assuescunt.*

Idem Luth. in cap. 24. Gen. docet ita orandum esse, *Domine Deus da vxorem & panem quotidianum.* insinuans Christum Dominum discipulis suis imperfectam formulam præcædi præscripsisse, & vxorem ante panem quotidianum esse petendam, quasi scriptum esset; *Quarite primum vxorē, & cætera adijcientur vobis,* quod autem viris concedit, idem ius & fœminis est.

2. *Vtrum Lutherus vsque ad flagitiosum suum hymenæum castè vixerit?*

Alterutrum necessariò dicendum, aut impu-

impudentissimè mentitus est, quando de castitatis impossibilitate scripsit Tom. 5. latine V Vitt. serm. de matrim. & in epist. ad Reifensbuschium Tom. 2. lat. epist. aut à pubertate semper fuit hircus, & carnis mancipium, aut vtrumque verum est.

3. *Qualem fœminam sibi iunxit?*

Monialem iuxta illud monitum; *Ta tibi iunge parem*, monacho Borham monialem.

4. *Cur duxit vxorem?*

Ob tres causas quas expressit ipsemet in ep. ad Amstorfium To. 2. lat. ep. fo. 295. 1. quia *sperabat se breue tempus adhuc victurū.* Ne hoc breui tempore plane otiosus esset negotium vxoribus sibi accersendum existimauit. Alij quo proprius metam conspiciunt, eò diligentius hæc omnia à se excutiunt, & tum maxime ad se pertinere existimant illud Apostolicum; *Solutus es ab vxore, noli quarere vxorem.* 2. quia parentis suo, homini ex infima plebis fece, fossori metallario, hoc suo coniugio gratificari voluit, ne tam sancta Luderorum itipis cum Lu-  
K thero

thero intermoreretur. Et tamen ex sex libris quos Lutero detestanda monialis peperit: quæ posteritas superest? 3. vt facto & exemplo ipso doctrinam suam confirmaret. hanc rationem etiam reddidit epistol. ad Stifelium Tom. 2. Lat. Ep. fol. 300. Mirum dictu est, nullum ex Apostolis tali sigillo doctrinam suam obfignasse, aliter isti omnes prædicationem suam confirmârunt, miraculis & sanguine, & perpetuo (saltem post prædicandi munus) susceptum celibatu. 4. causam reddit in epist. ad Spalatinum Tom. 2. epi. Lat. fo. 294. Os. inquit, obstruxi infamantibus me cum Catharina Borana, quasi diceret, antea infamis eram monialis huius consuetudine, sed fama nondum satis certa, at nunc certam faciam, & quod antea occultius agebam, in postezum omni pudore deposito apertè agam.

§. Quid hoc suo putatio matrimonia commeruit?

Lex 5. Cod. de Episc. & Cleric. ait: Si quis non dicam rapere, sed vel attentare tantummodo iungendi causa matrimonij sacratissimas virgi-

nes ausus fuerit, capitali pœna feriatur. Lutherus non solum tentauit monialem sibi connubio copulare, sed & re ipsa sibi iunxit. Eiusdem consilio & auxilio Borha cum octo sodalibus ex monasterij septis euasit, & in Lutheranum solum, hoc est, VVitenbergam aduolauit. De raptu hoc etiam epist. ad Spalat. Tom. 2. lat. epi. fol. 131. effuse gloriatur. fol. 300. epist. ad Stifelium scribit ann. 1525. die S. Michaëlis: *Hæc nocte tredecim moniales ex ditione Ducis Georgij afferri curau, & rapui tyranno furenti hostolium Christi.* Taceo innumerabiles alias eiusdem vel iussu, vel consilio vel dogmate ad mundum, cui ualedixerant reuersas.

Alia Lex in Cod. Titu. de Episc. & Clericis ait: *Raptores virginum, &c. que Deo fuerunt dedicata, &c. capitulis supplicio plectendos esse decernimus, &c. ceteros omnes qui consilij & ministri huius criminis (raptus monialium) reperti & conuicti fuerint, vel eos susceperint, vel quamcumq; opè eis tulerint, &c. pœna capitali subijcimus, &c.* Lib. 5. Leg. Franci. c. 232. dicitur: *Si quis rapuerit, sollicitauerit vel corruperit*

religiosam feminam, bona amborum ecclesia vendit. in qua talis mulier habitauit, ipsi verò capitali periculo subiciantur. Hæc lex repetitur, l. 6. c. 99 & negligentibus in punitione huius criminis hæc multa indicitur: si comes prouinciæ vindictam tali crimini imponere neglexerit, honore careat, & duas libras auri fisci iuribus dare compellatur.

6 Quomodo S. Hieron. Tom. I. ep. 10, Furiam à secunda nuptijs deterret?

Non licet tibi, ait inter cætera, amare liberos, nec equis aspicere oculos quos genuisti, clā porriges cibos, inuidebit mortuo (secundus maritus) & nisi oderis filios adhuc eorum amare videberis patrem. Quid si de priore vxore sobolem habens, domum te introduxerit, etiam si clementissima fueris, omnes comædi & mimographi, & communes rhetorum loci in nouer can fœuissimam declamabunt. Si priuignus languerit & condoluerit caput, infamaberis vt malefica; si non dederis cibos, crudelis: si dederis venefica diceris. Oro te quid habent tantum boni secunda nuptia, vt has mala valeant compensare?

CA.

DE MARIA DEIPARA VIRGINE.

I. Cur B. Maria commendamus mortis nostræ horam?

Q Via ipsa est stella maris, hoc est, amari huius seculi, in quo turbido pelago pereunt plurimi, pauci euadunt. Idcirco qui in vitæ suæ fluxu & navigatione in hoc sidus Deo, in polo, proximum, coniciunt oculos, qui ad exemplū sacratissimæ Mariæ vitæ suæ nauem & cursum dirigunt, illi non iactabuntur vanæ gloriæ vento, nō frangentur scopulis aduersorum, nec absorbebuntur Sirenæ voragine voluptatum, sed prosperè vela facient, attingentq; portum quietis æternæ. S. Ber. in serm. ait: ille solus, & virgo beata, tuas laudes sileat, qui te fideliter inuocans senserit vnquam in suis necessitatibus sibi defuisse. Idē: Maria si piè à nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati nostræ. Nam gratia plena & supereffluens, quomodo non leuissimè ista exundabit? Horā mortis singulari sollicitudine tutelâ D. Virgi-

nis muniri oramus, quia tunc maximè pre-  
 mimumur necessitate. 1. ob deficientis natu-  
 ræ angustias, 2. ob futuri exitus incertitu-  
 dinem. 3. ob hostis tunc maximè sæuentis  
 insultus. Apocalyp. 12. habet tunc iram  
 magnam sciens quod modicum tempus  
 habet. Genes. 3. Tu insidiaberis calcaneo,  
 (vitæ hominis extremo) at inimicitias  
 ponam, &c. S. Bernardus in sermone, *Si cri-  
 minum immanitate turbatus, si conscientie sedi-  
 bate confusus, si iudicij horrore perterritus, si ba-  
 thro desperationis absorptus es, Mariam cogita,  
 Mariam inuoca, non recedat à corde, non recedat  
 ab ore. Nam ipsam rogans non erras, ipsam  
 cogitans non desperas; ipsa protegente non  
 metum.*

## CAPVT LVIII.

DE MORVM COMPOS-  
TIONE.

*L. Quo ænigmatè D. Franciscus oculorum custo-  
 diam inculcabat?*

**R**ex quidam præpotens, dicebat, sed  
 pius, duos ad Regnam legauit nun-  
 tios,

tios, quorum prior reuersus, & verbis tan-  
 tum propositis verba reddidit, & de regi-  
 nę persona planè retulit nihil, siquidem o-  
 culos cautè tenuerat, ne in Reginæ faciem  
 profilirent. Rediit alter, & post pauca quę  
 ad legationem pertinebant, *Verè, inquit,  
 domine Rex, vidi pulcherrimam mulierem, feli-  
 cem te reputo, cui illa coniunx obtigerit. Serue  
 nequam, inquit Rex, verè impudicitiam tuam  
 prodis, quid superest nisi vt concludante proste-  
 etam impudici oculis opprimere animo cogitasse?*  
 Priori vero nuntio adscito, *Quid, ait, de Re-  
 gina tibi persona videtur? optimè, respondit:  
 nam & patienter me audiuit, & sapienter  
 respondit. Sed quid de forma & pulchri-  
 tudine eius censes? tuum id esto, ait, Rex & vi-  
 dere & iudicare; mei muneris fuit verba eius au-  
 dire, & referre.* Tum Rex de vtroque ferens  
 sententiam, illum palatio expulit, hunc  
 verò à cubiculis constituit. *Ne, inquit, ille  
 thalamum meum polluat, tu verò illum custodias.*  
 Quibus Franciscus subiiciebat: *Quis non de-  
 beret vereri in Christi sponsam profanos oculos  
 conijcere?*

2. In conuersatione qualis debet esse sermo?

1. Cic. de officiis cap. de decore, hæc dat præcepta sermonis: 2. Sit sermo lenis (sedati fluminis instar). 3. minimeque pertinax (sine remissione) insit in eo lepos. 4. Nec verò tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios, sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi vicissitudine nonnunquam vtendum putet. 5. ac videat inprimis quibus de rebus loquatur, si seriis seueritatem adhibeat. 6. si iocosis leporem inprimisque prouideat, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus (morbum animi aut corruptos mores prodat) quod maxime solet tū euenire cum studiose de absentibus detrahēdi causa, aut per ridiculū, aut seuerè, aut maledicè contumelioseque dicitur. 7. Habentur autem plerumque sermones, aut de domesticis negotiis, aut de Republ. aut de artium studiis & doctrina (de rebus honestis & vtilibus). Danda igitur opera est, vt etiam si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. Animaduertendum est etiam quatenus sermo delectationem habeat,

beat, & vt incipiendi ratio fuit, ita sit desinendi modus (cauendum fastidium auditorum, aut recitandis ingratis, aut iisdem repetēdis.) Quoniam in omni vita rectissimè præcipitur, vt perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios rationi nõ obtemperantes. 8. sic eiusmodi motibus sermo debet vacare; ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia aut ignauia, aut aliquid tale appareat. 9. Maximeque cauendum est, vt eos quibuscum sermonem conferimus & vereri & diligere videamur. Obiurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariæ, in quibus vtendum est fortasse & vocis contentione maiore & verborum grauitate acriore. 10. Id agendum etiam est, vt ne ea facere videamur irati, sed vt ad vrendum & secandum, sic ad hoc genus castigandi raro inuitique veniamus, nec vnquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri nihil consideratè potest. Magna tamen ex parte clementi castigatione licet vti, grauitate tamen adiuncta, vt &



seueritas adhibeatur, & cōtumelia repel-  
latur. Atq; etiā illud ipsū quod acerbitalis  
habet obiurgatio, significandum est ipſus  
causā qui obiurgatur susceptum esse. 11.  
Rectum est autem etiam in illis conten-  
tionibus, quæ cū inimicissimis fiunt, e-  
tiam si nobis indigna audiamus, tamē gra-  
uitatem retinere, iracundiam repellere,  
(maledicta maledictis non compensare.)  
Quæ enim cum aliqua perturbatione sūt,  
ea nec constanter fieri possunt, nec iis qui  
adsunt probari. 12. Deforme etiam est de  
seipſo prædicare, falsa præsertim, & cum  
irrisione audientium imitari militem glo-  
riosum (Thraſonem). Sal. de Iugu. ait: plu-  
rimum facit, & minimum de seipſo lo-  
quitur.

### 3. Quomodo forma corporis tuenda est?

Præceptum 1. Cicer. ibid. à forma remo-  
ueatur omnis viro non dignus ornatus, &  
huic simile vitium in gestu motuq; cauea-  
tur. 2. Nam & palæstrici motus sæpe sunt  
odiosiores, & histrionum nonnulli gestus  
inepti non vacant offensione, & in vtroq;  
genere

genere quæ sunt recta & simplicia laudan-  
tur. Formæ autē dignitas coloris, bonitate  
tuēda est, color exercitationibus corporis.  
3. Adhibenda est præterea munditia, nō o-  
dioſa neq; exquisita nimis, tātū quæ fugiat  
agrestē & inhumanā negligentia. 4. Eadem  
ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in  
plerisq; reb, mediocritas optima est. 5. Ca-  
uendum est autem ne aut tarditatibus vta-  
mur in gressu mollioribus, vt similes pō-  
parū ferculis esse videamur, aut in festina-  
tionibus suscipiamus nimias celeritates.  
Quæ cū fiunt anhelitus mouētur, vultus  
mutantur, ora torquentur, ex quibus mag-  
na significatio fit, non adesse constantiā. 6.  
Sed multò etiā magis elaborandum est, ne  
animi motus à natura recedat (affectus mo-  
derandi sunt, ne temerè erūpentes in gesti-  
bus externis aliquā deformitatē adferant.)

## CAPVT LIX.

### DE MENDACIO.

#### 1. Quis pater est mendacij?

**D**abolus, de quo Christus Ioan. 8. Mē-  
dax est & pater ei⁹ (mēdacij) cū loquitur

*mendacium, ex proprijs loquitur, hoc est, mendacium est fructus eius, sicut aranea totum quod foris operatur, ex putridis suis visceribus vt foetum educit, ergo nidus mendacij infernus est. S. Augustin. super prædicta verba Christi ait: Quo modo Deus Pater genuit Filium veritatem, sic diabolus lapsus genuit quasi filium mendacium. Genes. 3. nequaquam moriemini, est primum mendacium quod in mundum inuexit.*

*2. Doce vnico exemplo diabolus incarnatos seu hæreticos magistri sui vestigia in arte mentiendi strenuè sectari?*

Post D. Hieronymi obitum hæresiaticha quidam Sabinianus opusculum execrandi dogmatis à se confectum, quo suo errori adscisceret auctoritatem, simplicioresque sub veri & recti pallio deciperet, & arte diabolica in errorem pelliceret, à D. Hieronymo aditum asseuerabat. Eum autem falsitatis palam arguens Sylvanus Nazarenus Episcopus spondit, nisi librum illum die crastino ipse Hieronymus ostento manifesto reprobasset, tū

se

se pœnam capitalem subiturum, sin contrà, idem supplicium pro mendacio Sabinianus referret, accepta conditio: conuentum postridie ad Ecclesiam, nulloque signo occurrente Sylvanus ex pacto ad supplicium cogitur, præbet ceruicem, at præsto fuit D. Hieronymus, tenuit spiculatoris manum, moxque ad hæreticum conuersus, acerrimè corripuit, doli ac fallaciæ conuincens. Abiit visio, & maius secutum est miraculum, Sabiniani caput nemine percutiente ab humeris auulsum in terram procidit. Hęc Cyrillus coram se Hierosolymis ita acta tradit Sabellicus libr. 5. cap. 4.

*3. Quomodo quis verum dicendo mentitur?*

Mentitur qui aliter ore loquitur quàm cogitat corde: at potest quis verum quidem labijs proferre, sed in mente falsum existimare, hoc est, materialiter dicere veritatem, formaliter tamen mentiri, vt si quis satisfacit debitori, & licet ignoret se satisfacisse, tamen dicit se satisfacisse, is etsi verum dicat, tamen mentitur, quia ore

K 7

di-

dicit ita, & corde cogitat, non. Et contra accidit, vt quis falsum dicendo non mentiat, quando quod profert verum putat: quia os cum animo intus cogitanti consentit. Cic. mendacium est falsa verborum prolatio cum intentione fallendi, vt hæretici vera S. scripturæ verba falso & fallaciter proferunt cum intentione fallendi sub velamine veritatis, obtrudunt mendacium, mendacij naturam veritas induit, dum per illam deceptio intenditur.

4. *In quo consistit primaria vis mendacij?*

In fraude & deceptione. Hinc Leu. 19. *Non mentiamini, nec decipiat vnusquisque proximum suum.*

5. *Cur diabolus interdum vera dicit?*

S. Chrysoft. super Matth. vt mendacium suum rara veritate cõmendet. Hinc cum Luc. 4. verum diceret, Christus increpauit illum, dicens, obmutescere, quia per veritatem fallere conabatur, & eos qui crederent vera dicenti, etiam in mendaciorum credulitatem inducere. Sic & hære-

hæretici instar propolarum doloform merces viliores melioribus obtegunt, & quisquillas sub rerum vtilium vmbra carè venditant. Vt magis sacris & verbis & rebus ad malum abutuntur, ita hæretici ad suas præstigias vera aliqua verba vsurpant, & veritatis prætextu melle litum veneni poculum circumferunt.

6. *Cur lingua mendax est admodum penetrabile telum?*

Quia non vulnerato corpore instar fulguris animam trucidat. Sap. 1. Os mendax animam linguæ mucrone trucidat.

7. *Qui habent os magnum, & linguam maiorem, paruas autem manus?*

Qui maxima promittunt & nihil præstant. Prou. 25. *Nubes & ventus & pluuia non sequentes vir gloriosus & promissa non complens.* Antigonus Rex Mac. dictus est Dofon (daturus) quod magna promittens parua præstaret.

8. *Quodnam est premium mendacium hominum apud homines?*

Laërt. li. 5. c. 1, interrogatus Aristoteles quid

quod lucri mendacibus, vt vera, inquit, loquentibus non credatur. Maximus ferm. 35. tribuit Aefopo. Duo idem dicere poterunt.

9. *Cur mentiri est propriam imbecillitatem confiteri?*

Plato mentiri impotentia est, qui enim non potest exequi quod pollicetur, ad simulandum potentiam mentitur.

#### CAPVT LX.

#### DE MUNDO.

1. *Cur mundus periculofior est blandus quam moleftus?*

**A**vgust. ser. 31. ad fratres in eremo: O munde immunde fallax & proditor! nunquid non periculofior es blandus quam moleftus? nunquid non magis timendus es dum allicis, quam diu fpernis? Blandus enim vt amicus excipitur, quando autem agit hostiliter, tunc viciffim vt hostis fugitur. Tutior est homo quando illum mundus aperto Marte persequitur, quia ab illo tunc sibi tanquam ab hoste

cauet:

cauet: & Christum amicum & protectorem habet, cuius & mundus iuratus est hostis. Ioan. 15.

2. *Cur verus est hic versus de mundo; Delirat, nec vera videt, nec iudicat aqua?*

Quia dicit bonum malum, & malum bonum, tenebras lucem, & lucem tenebras; amarum dulce, & dulce amarum, voluptatem virtutum, vt amarulentiam re, fugit, acerbam vero & laboriosam mundi oblectationem amcenitatem vocat. Verè terreni caelestia non capiunt. Hinc quando Christus Matth. 5. verè sublimem sapientiam suis tradebat Apostolis, promiscuum vulgus ipsum in montem cum Apostolis non sequebatur. Turba, inquit S. Ambros. li. 5. in Luc. non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Mundus vmbromaticum animum delitiis pascit, sicut Heliogabalus Imp. principibus suis ad opiparum, scilicet conuiuium inuitatis fictas pictasq; epulas proposuit; & Philippus Macedon. Rex Menecrati medico diuinitatem affectanti soli ad mensam separatam adhibito accerram

cerram & fuffitum appofuit, reliquis cum Rege fplendidè epulantibus, & Iouem famelicum ridentibus.

3. *Quid typhus (factus) tumidi ventosaq; gloria mundi?*

Ros, fumus, ftipula, baccatq; vincula gemmis, (laquei gemmis ornati) Ofe. 13. Sap. 11. Orbis terrarum tanquam gutta roris antelucani qua descendit in terram. Sitorus orbis terrarum inftar guttæ roris eft in terram eadentis, & ftatim vel fole vel fole illum abfumente euanefcentis, quanto magis res & vanitates orbe ipfo comprehenfæ ei poffunt comparari? Adhæc quò eadẽ vanitates mundi fublimiùs, velut fumus eleuantur, eò citiùs turpiusque deficiunt & collabuntur (Pfal. 67. 36.) & quò (vt fcenum & ftipulæ in tecto Pfal. 128.) altius foli exponuntur, eò celeriùs arefcunt & pereunt. Pfal. 36. *Vidi &c.* Magnus videtur mundus cominus eum intuentibus, fed fi è cælo videretur, puncti inftar appareret, talem iudicant qui è fupmo cæleftium amore eum contemplantur.

Chry-

Chryfoft. homil. 15. ad Pop. Antioch.

Comparantur etiam res mundanæ vinculis gemmatis, feu laqueis, vnionibus, lapidibusque pretiofis adornatis, omnes enim ad deceptionẽ & interitum noftrum feruiunt, vt Proverb. 7. perniciofa hæc venatio animæ noftræ defcribitur. Infania eft gloriæ mundi vt aureæ catenæ collum inferere ac ftirangulari? qui enim voluptatibus & honoribus mundi quafi aureis torquibus conftriatus manet, per anguftam cæli portam transire nõ potest.

4. *Quis tam fluxarum capitur dulcedine rerum?*

Cui tellus infufa fapit, cui naufea cælum eft. S. Bern. in ferm. Cui Chriftus incipit dulcefcere, neceffe eft ei amarefcere mundum, contra, cui infufa terra fapit, huic defipit cælum, ficuti qui acidis amarifq; gaudet, ille dulcia auerfatur.

5. *Quis maximè à mundo decipitur?*

Qui maximè mundo feruit, eique ftudiofiffimè placere & obfequi conatur, hinc ille:

*Crebrim auratos mundi quĩ glutit; hamos?*

WING

*Eius seruitio studium qui mancipat omne.*

Aman pro omni suo in mundi gratiam seruitio proprio patibulo affixus toti mundo risui expositus est. (Esth. 7.) Filius prodigus omnem suam substantiam consumsit in mundi obsequium eius illecebris inescatus, & tandem omnibus exutus scedè à mundo explosus est. Maximè à circumforaneis decipitur, qui maximè eis fidit. Re&e S. Bern. In mari Masiliæ de quatuor nauibus non perit vna, in mari vero huius mundi de quatuor animabus vix euadit vna.

Ergo quid est mundus, mundum (ornatum muliebrem) licet induat omnem? Vanius hoc nihil est, nihilo quin vanior ipso.

Potest comparari sortilegio, cuius præmia & donaria mirè fulgida quidem ac pretiosa apparent, sed postquam sortes & sortium pretia in vnam iniecta, iamque extrahèda sunt, pro magna spe atque expectatione rutilatium illorum præmiorum, quæ nemo non sibi certò pollicebatur, nihil nisi vacuæ chartulæ producuntur,

tur. De hac vanitate mundi dant testimonium damnati Sap. 5. vi. Psal. 72. & c. 29. Esaiæ, Adhæc instrumenta mundanæ lætitia vacua ( tympana, fistulæ, sambucæ, lyræ, cythara & id genus alia ) eandem vanitatem testantur. S. Aug. ser. III. de tempore. *Amarus est mundus & diligitur, putas si dulcis esset qualiter amaretur?*

### CAPVT LXI.

#### DE MULIERIBVS.

*I. Cur virorum est non aspicere mulieres?*

**C**VM S. Ephrem aliquando singulari quodam instinctu ad pietatem maiorem, sublimioremque vitæ sanctæ philosophiam complectendam moneretur, eoque studio Edessam tenderet, sic secum dixit, Deumque procatu est in hunc modum: *Iesu Christe omnium Domine, concede vt Edessam ciuitatem ingrediens in talem virū statim incidam, qui sit idoneus ad differentiam mecum deus, qua ad anima adificationem pertinent & vtilitatem.* Cum sic orasset atque ad portam ciuitatis peruenisset, cœpit cogitabundus secum attentò sollicitoque ani-

mo expendere quomodo virum illum oportatum accederet, & quanam ex illo ad maiorem vtilitatem, vitæque perfectionem esset interrogaturus. Dum sic cogitabundus incederet, ecce tibi mulier quædam leuicula & meretrix in ipso porta introitu S. Ephrem facta est obuiam, cumque defixis in eâ oculis quasi emotæ mentis subsisteret, & tristi perturbatoque animo torqueretur, quod non vt precatus fuerat, sed contrarium potius votis ipse accidisset, cœpit & illa eum sic stantem acerrimo obtutu contemplari. Postquam verò sic diu se inuicem aspexissent volens eam pudore afficere & ad verecundiam adducere magnus Ephrem: *Quid verò, inquit, non erubescis mulier tam fixis oculis nos intuens?* illa autem, *mibi, inquit, conuenit te sic afficere, ex te enim sumpta sum, & tuolaterè. Te verò non nos, sed terram potius oportet afficere, ex qua ipse sumptus es, & in quam rursus reuerteris.* Hæc cum audisset, mulieri magnas habuit gratias propter eam quam ab ipsa acceperat vtilitatem, &c. Sur. To. I. Feb. I. ex Metaphr.

2. *Cur mulier seninupta dicitur vidua?*

Quia senex est quasi vir piectus & ineptus officio matrimonij, vt & ius Ecclesiasticum Ecclesiam vocat sponso viduatam, quæ Episcopum habet inutilem. Scribit tamen Aeneas Sylui in Europa cap. 25. Vladislaum Poloniæ Regem nonagenarium duos suscepisse liberos Vladislaum & Calimirum. Liu. ep. 50. Plinius cap. 14. lib. 7. Solin. Polyb. cap. 4. & Vale. Max. lib. 8. cap. 14. Narrant Masanissam Numidiæ Regem filium habuisse post 85. ætatis annum: Catonem Censorinum post 87.

3. *Quando mulieres maximè sunt timendæ?*

Menander. *Τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα θεῖ,*  
*ὅταν περιπλάττωσιν τοῖς χρηστοῖς λόγοις.*  
 Tunc mulieres timere maximè conuenit, Cum simulant benignis verbis.

4. *Suntne fœmina maribus calidiores?*

Fœminæ à maribus calore superantur. Hippoc. lib. I. de victu, ait nasci & perficî

mares igne magis, hoc est, siccis & calidis: aqua, id est, frigidis, humidis ac mollibus fœminas. Hinc & victus varietas generationem diuersi sexus variat. Eandem ob causam & mares fœminis plerumq; sunt maiores, quia calor habet vim augendi.

5. *Cur mulieres citius canescunt?*

Quia plures in eis ex frigore sunt superfluitates.

6. *Cur earum corpora non horrescunt pilis ut virorum?*

Habent enim poros & spiramenta densiora, quia frigus compescit & adstringit, calor autem pilos educit, hinc quæ calidiores sunt exteriores partes, ex pilis veffiuntur magis ac citius.

7. *Cur plerumque sunt pinguiores & obesiores maribus?*

Quia frigus pinguefacit, emaciat calor.

8. *Cur magis iracunda quam viri?*

Ob maiorem necessitatem & egestatem, sic & infelices magis egent felicibus, & eum egent hoc ipso sibi aut *αὐτῶν* suam,

turam, aut planè difficilem opinantur Ieuationem malorum, ideoque & sibi ipsis fortique suæ & felicioribus succensent vehementius, & facilius. Ut & senes propterea quod parum valere se intelligunt, ad ea quibus maximè egent consequenda; eadem in ægris est causa. Mulierum vero propria quarto modo est infirmitas atque imbecillitas, quod cùm animi viribus careant tum corporis, sic ut agnoscant minus se posse repugnare aduersis, & minimum in seipsis præsidij esse positum, ut quæ appetunt obtineant, ideoque facilius commouentur. Inualidum omne naturâ querulum. Senec. i. de ira cap. vlt. Platonem 5. de leg. imitatus: ut exulcerata & ægra corpora vel ictus leuissimos gemunt, ita ira muliebre maxime & puerile virium est.

Menander. πολλὸν χεῖρον εἶσι μὲν ἐρηλίσσασθαι καὶ ἡ κόρα. Præstat canem lacerare quàm anū. Possunt etiam aliæ esse causæ iracundiæ mulierum, ut quia plus humidi illis inest, quia faciliè credunt sibi fieri iniuriam, quia sunt auarior, & ratione minus vtuntur.



9. Cur vtraque manu quasi dextra vti, seu ambidextra esse non possunt?

Quia frigidiores sunt, (quæ item causa cur timidiores sint) & neruorum atque musculorum laborant infirmitate. Nonnullæ tamen arte & exercitatione ambidextræ fiunt.

10. Cur à rebus gerendis excluduntur?

Quia non solum corpore, sed etiam animo & consilio infirmæ sunt. Marul. lib. 2. epi. *Moxu erat sceptru teneras arcere puellas, (adde & adultas.)*

*Et mollem curis exonerare animum.*

*Nec vel consilijs rebusq; admittere agendum,  
Sed tantum sanis esse putare satas.*

11. Cur Plautus in Pœnulo act. 1. sc. 2. eas comparat nauibus?

Quia vt hæ nunquam satis abundè possunt instrui, ita nec illæ satis ornari. Terent. heaut. act. 2. sc. 2. dum poliuntur, dum molliuntur, dum comuntur, annus est. Hinc ille. *Mulier melle mollior,*

*Et quo nitentior eo nocentior,  
Qua dum te fouet, sibi fauet.*

Et

*Et dum ridet, rodit, ac radit,  
Quæ corpus carpit, & aurum haurit.  
Idq; latenter ac lactanter.  
Non virgo, nec virago, sed vorago.  
Quæ viros vorat, & amando mandit.*

## CAPVT LXII.

### DE MVSICA.

1. Quam dicebat Socrates veram esse harmoniam?

**H**armoniam internam, cum in animo nihil ab alio dissonat, sed concentus in animo est dulcissimus. Tum demum animus suauitate compleri potest, cum omnes suas partes habet modo & ordine, atque lege deuinctas, & inter se aptissimè congruentes.

2. Sântne musici Reipubl. necessarii?

Liu. lib. 9. Tibicines qui prohibiti erant in æde Iouis Romæ vesci, quod traditum antiquitus erat, ægre passi, Tybur vno agmine abierunt, adeo vt nemo in vrbe esset qui sacrificiis præcineret. Eius rei religio tenuit senatum, legatosque Tybur

miserunt, vt darent operam, vt hi homines Romanis restituerentur. Tyburtini primum accitos illos in curiam hortati sunt vt reuenterentur Romam, perpelli nequibant, ergo die festo inuitant, & vino cuius auidum ferme genus est, oneratos sopiunt, atque ita in plaustra somno victos coniciunt, ac Romam deportant. Nec prius sensere, quam plaustris in foro relictis plenos crapulæ eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus, impetratoque vt manerent, datum vt triduum quotannis ornaticum cantu per urbem vagarentur, restitutumque in æde ius vescendi iis qui sacris præcinerent.

### 3. Quid potissimum cauendum musicis?

Ne dum vocis harmoniam studiose persequuntur, harmoniam animi temere dissoluant.

### 4. Cur musici circumscribendi sunt legibus?

Nihil est ad animum commouendum & flectendum cantu atque numeris efficacius. Sapienter igitur Plato, cum videret mores immutari cum cantibus, seueras

musi.

musicæ leges sanxit, atque prohibuit, ne quis quo vellet genere cantionis vteretur. Id igitur genus musicæ duntaxat probat vir ille sapientissimus, quo vel Dei numen celebratur, vel virtus diuinis laudibus ornatur, vel clarorum hominum fortia facta referuntur. Memoriam traditum est, cum Alexander se Ilium contulisset, vt fortissimorum hominum, qui Troiam expugnauerunt, monumenta cernerent, fuisse illi oblatam citharam Paridis, quæ ab incolis summa religione seruabatur, hoc ille donum reiciens, Achilles, inquit, citharam inuenire cupio, Paridis cithara non indigeo. Præclara sane vox Alexandrique virtute dignissima, qua significauit nihil languidum, molle & effœminatum, ne in cantu quidem & fidibus Regem decere. Quare hominis flagitiosi & adulteri citharâ, qua ille Veneris impurè dona atque munera canebat aspernatus est, Achilles verò citharam, qua is, vt est apud Homerum, illustrium & fortium hominum facta celebrabat, se dignam existimauit. Vt lentum venenum suauibus cibus admixtum prius

vitam eripit, quã mortifera illius vis senti-  
ri aut reprimi possit: ita turpes effœmina-  
ti cantus prius Rempubl. vniuersam pesti-  
fera tãbe inficiunt, quã malum quod ad-  
ferunt ratione præcaueri queat. Aristote-  
les præcipiebat ciues institui eo genere  
musicæ, quod nec nimium studium, nec o-  
peram flagitaret. Tam seuera autem fuit  
olim apud Lacedæmonios musicæ disci-  
plina, vt Timotheum Milesium summum  
citharædum, quem ad erudiendam iuuen-  
tutem asciuerant, eo solum nomine in exi-  
lium pellerent, quod vnã chordam se-  
ptem chordis, quibus illi utebantur addi-  
disset. Indignum enim statuebant, cū mu-  
sicam omnem ad morum modestiam con-  
ferri vellent, id musicę genus institui, quo  
cuium animi paulatim ad mollitiem la-  
berentur. Idem secutus Plato in legibus  
sanxit vt genus musicæ non esset multi-  
plex & effœminatum, sed simplex & seue-  
rum, & graue ad institutionem modera-  
tionis & virtutis accommodatum. Ego  
quam diu sedi ad clauum scholarum, sem-  
per volui vt discipulis meis musica esset  
non

non ἔργου sed ἀρεγοῦ, ἡδύσµα non ἔδεσ-  
µα, condimentum, & iucundū πικθῆµα δαΐ-  
τῳ non quotidianum pabulū ac nutrimē-  
tum, Consule Osor. li. 4. de inst. Regis.

5. *Cur Arcades non solum pueros, sed etiam ado-  
lescentes & iuuenes vsque ad 30. an-  
num in musica exercebant?*

Non deliciarum aut lasciuix causa, sed  
cū animaduertent assiduos suæ gentis  
labores in colendis agris, & duritiam at-  
que asperitatem vitæ, præterea etiam mo-  
rum austeritatem (quæ ex frigiditate & tri-  
stitia aëris prouenit) volebant beneficio  
musicæ vtilem & tractabilem reddere na-  
turam, quæ per se ferocior ac durior vi-  
debatur, atque ideo eos Virgilius tam fre-  
quenter in Eclogis suis in cantu celebres  
facit. Polyb.

6. *Quomodo certus beneficio musices capitur?*

Pastorali fistula, vel suavi aliquo con-  
centu demulcetur, tantaque hinc afficitur  
voluptate, vt immemor sui nullo penitus  
negotio capiatur, vel iniecto alicunde  
telo, quod propter animi eleuationem

ad esse tunc minime suspicatur, è vestigio transfodiatur, atque ita fiat ablandētium præda lætūm aliquod ludibrio suo conuiuium exhilaraturus. Idem euenit iis qui adulatorum lenociniis sese offerunt capiendos.

7. *Cur Diogenes Cynicus musicos & cantores ebriosos derisit?*

Quod citharam ad harmonicos concentus compositam gererent, mētem, mores, animos immoderatos, & nulla vitæ harmonia compositos haberent.

CAPVT LXIII.

DE MORTE, VEL PORTA  
CARCERIS NOSTRI.

1. *Quid consolabitur nos in morte amicorum?*

**I**S vir non est, dicebat vir sapientissimus, qui lapides atque ædificia corrue-  
re, & homines mori miratur. Hac sententia S. Augustinum in ciuitate Hipponensi à Vandalis obsessum, seipsum frequenter consolatum esse asserit Possidonius.

2 Quid

2. *Quid docet hoc Symbolum: Quod vides non diu?*

Quod quæcunque in vita cernimus, non diu cernimus, aut enim illa interitus aufert aut nos.

3. *Quis fugit mortem?*

Nemo.

*Omnia nemo potest, nemo sapit omnia per se.*

*Nemo manet semper, crimine nemo caret.*

4. *Quid fixum firmumq; semel mort alibus hæret?*

*Stat sua cuique dies, & ineluctabile fatum.*

Hebræ. 9. *Statutum est hominibus semel mori.*  
Psal. 88. 2. *Reg. 14.*

5. *Cur fragiliores sumus quàm si vitrum essemus?*

Quia vitrum vt ait S. Augu. in serm. et si fragile est, tamen seruatum diu durat. Homo autem non potest se, & quidem omni cura seruando contra mortem tueri.

6. *Quomodo Ecclesia in principio quadragesima conatur nos per mortis recordationem ad veram humilitatem & pœnitentiam adducere?*

L 5

Non

Non cineres solum in frontem cuiusq; per crucis figuram imprimit, sed & verba quæ Deus primo nostro parenti, lata mortis sententia inculcabat, *Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reuerteris*, commemorat.

7. *Qua bona dum viam potiora capessere suades?*

Quorum vota tibi extremâ mors exprimet horâ: id est hoc age, quod in morte egisse velis, vel actum optabis, Ad cælum quo peruenire optamus, omnia dirige ad finem creationis tuæ bene tibi collimandum est: cogita vitam hanc esse viam ad patriam, omnes cogitationes, sermones & actus cum fine, hoc est, cum æternæ beatitudinis expectatione conueniant, tanquã cum scopo vel termino ad quem omnia diriguntur.

8. *Cur hora certissima mortis est incerta?*

1. Quia esset ille malis incentiuum desinquendi. Augustin. in epist. *Lacet vltimus dies, vt obseruentur omnes*, ergo omnem crede diem tibi diluxisse supremum. 2. vt natura humana in vigore suo conferuetur, quia

quia si pro certo sciret homo, quo tempore sit moriturus, ex hoc natura nimis debilitaretur, vt patet in illis qui ad mortem damnantur. 3. propter electos, qui per opera liberę charitatis debent mereri vitam æternam, mors autem necessariò imminens certo tempore, anxietatem nimiam in mente suscitaret, quæ dulcedinem diuini amoris impediret, & in quibusdam naturaliter pauidis penitus exstingueret. 4. propter augmentum bonorum operum. S. Grego 12. mor. & hom. 13 in Euang. *Ad hoc conditor noster latere nos voluit finem nostrũ, diemq; nostræ mortis esse nobis incognitum, vt dũ semper ignoratur, proximus esse credatur, & tanto quisque sit feruentior in oratione, quanto & incertior de vocatione, vt dum incertissimus quando moriamur, semper ad mortem parati viuere debeamus.*

9. *Qua saepe sint inania (quia sera) moriētũ vota?*

*O pietas mihi culta foret, scelus omne perosum!*  
Vtinam nũquam peccatis me coinquinassem. O mihi præteritos referat Deus optimus annos. In morte velle quilibet mēte sanus se fuisse sanctissimæ & perfectiss. vitæ. Mali

cum filiis Dei nō viuere sed mori optant.  
Num. 13. Moriatur, &c.

10. Quis communiter bene moritur?

S. Aug. de doct. Christi. Non potest male mori qui bene vixerit; & vix bene moritur qui male vixit. Et si diuina misericordia certi scimus, si verè conuersi fuerimus, & dum spiramus liceat sperare salutem, de nobis tamen certi non sumus, an etiam in articulo mortis verè nos factorum pœnitebit. S. Augu. Percutitur hac animaduersione peccator, vt moriendo obliuiscatur sui, qui viuendo oblitus est Dei.

11. Quis non solum naturâ, sed voluntate etiam & iudicio deliberato inuitus moritur?

Conscia mens scelerum merito quem deuouet orco: vel quem terret & damnat conscientia. I. Ioan. 3. Si reprehenderit nos cor nostrum. S. Chrysoft. moritimet, qui non sperat viuere post mortem. Fur sibi conscius, factis suis deberi patibulum, inuitus è carcere procedit. Sap. 17. Semper praesumit saua periturab a conscientia. I. Reg. 15. Agag pinguis simus tremens, &c.

12. Qui

12. Qui animam suam è filo suspendunt super fauces inferni?

Qui conuersionem vitæ ac pœnitentiam vsq; ad finem vitæ differunt.

13. Quem non concutient inopina pericula leti?  
(quis optat mori?)

Conscia cui virtus mentem dulcedine complet. Libenter moritur qui bene vixit, cui mēs est conscia recti. S. Martinus dicebat: Libera me quæso Domine, ex mortali illo carcere, veruntamen si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem. Notum illud. Disce mori moritur a caro, moriatur priusquam. Non decet autem nimium mortem perhorrescere. Mart. lib. 10. Epigr. 42. Sūmum nec metuas diem, nec optes. Sen. ep. 30. Venientem nemo hilaris mortem excipit, nisi qui ad illam se diu composuerit. epist. 26. incertum est quo de loco mors expectet, itaque tu illam omni loco expecta. vide locum de patientia. S. Aug. super Epist. Ioan, Qui desiderat dissolui & esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter viuunt, &

L 7

de.

delectabiliter moritur. Nam, vt ait Cas-  
sianus, quis mortem temporalem metuat  
cui vita æterna promittitur? S. Hilarion  
morti proximus dicebat: Egredere quid  
times? egredere anima mea, quid dubitas?  
Septuaginta prope annis seruijsti Christo,  
& mortem times?

14. *Quis optimè extremum diem claudere  
potest?*

Musonius hoc interrogatus respondit,  
qui semper supremum diem sibi instare,  
immò iam venisse proposuit. Sic sanctus  
quidam ab amico in crastinum vocatus  
conuiuium, cur me vocas in crastinum,  
inquit, quia multis annis crastinum non  
habui, sed mortis aduentum in singulos  
dies expectaui.

15. *Quisnam animam exhalat mox in bara-  
thrum condendam?*

Cui scelerum ad summam baserunt conta-  
gia mortem. Culpa in lethali moriens debetur  
auerno. Qui in statu mortifero seu damna-  
tionis defungitur rectè ad infernum va-  
dit.

16. Cur

16. *Cur mors dicatur vltima linea rerum?*

Quia ea & omnes actus nostri (vt va-  
riæ lineæ) terminantur, & picta totius vi-  
tæ tabula vltimo mortis tractu perficitur  
atque extrema adhibetur manus.

17. *Cur quatuor hominis nouissima Prou. 30. di-  
cuntur minima terra?*

Quia licet magna & maxima sint in se  
considerata, tamen si exiguam horum a-  
pud homines mundanos existimationem  
attendimus, minima quasi reputantur,  
quamuis omnem mūdane sapientiæ sub-  
limitatem excellent.

18. *Quodnam est optimum lucrum?*

Piè ex hac vita discedere. Naucl. vol. 3.  
Gen. 50. ait anno 1493 Fridericum III.  
Imp. rogatum quænam res optima sit,  
quæ alicui posset obtingere, respondisse:  
piè mori.

19. *Quid sentiendum de deferendorum ad  
mortuorum tumulos ciborum  
usu?*

P. Lælius Bisciola hor. subseciuarum li.  
II. cap. 4. insinuat superstitionem esse

mo-

morem que gentiliū cibus mortuorum funera honorandi. Lucian. dial. *περὶ πένθους*, id est, de luctu de mortuorum animis loquens iucunde irridet hic verbis: aluntur nostris libationibus & inferijs quæ sepulchris inferuntur, aded vt si cui nullus reliquus in terra sit amicus aut cognatus, hic mortuus ieiunus ac famelicus inter eos versetur. Ridet etiam Tertull. initio li. de resurr. carnis, Varro & Festus nuncupari *feralia* funera mortuorum ex eo tradunt, quod epulæ ad eorum sepulchra deferrentur. Petrus Leo in historia de rebus Peruanis, refert consueuisse Indos & Sinas in defunctorum tumulis varia ciborum genera deponere, & pretiosam vestem ac supellestem, quod opinarentur hæc omnia vsui in alia vita ipsis futura, quam item superstitionem ait Bisciola multis Poloniae locis & apud Russos scimus vigere. Turcæ quoque egregie conuiuantur, & se cibo explēt ad suorum defunctorum tumulos. Etiam Catholici huic superstitioni aliquando inseruierūt in Gallia & Hispania. Francif. Turr. lib. 4.

c. 14. pro ep. Pont. Syn. Turon. II. can. 34. eum morem damnat &c. S. Ambrosius eundem Mediolani retineri non est passus, reprehendens eum li. de Elia & ieiunio c. 17. vt & S. Aug. hūc ritum in Christianis serm. 15. reprehendit, & serm. 120. de diuersis & ep. 64. ad Aurel. & lib. de morib. Eccle. contra Man. c. 32. quic 34. de moribus Eccle. Cath. ait: Noui multos esse qui luxuriosissimè super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes super sepultos seipfos sepeliant, & voracitates ebrietatesque suas deputent religioni. Consule Synt. hiltor. Deorum Giraldi. 17.

20. Cur tabernaculi nomen in S. literis pro hominis corpore sapè vsurpatur?

Quia vt propriè tabernaculum est tentum siue domicilium castrense, quod huc illucque transfertur, quod & tentorium dicitur, & confecto bello relinquitur: ita nostrum hoc corpus, quod in hac vita, quæ tota est militia, variis exercetur laboribus & ærumnis, eaque finita deponitur



ponitur. Significatur animum nostrum in hoc esse corpore, non secus à miles versatur in tabernaculo, vel hi Apostoli ad vitam genus laboriosum respexerunt veterum Patriarcharum, quod in tabernaculis quasi vagos & peregrinos traduxisse sacra oracula describunt. Nam propterea S. Paulus terrene tabernaculo coelestem opponit domum tanquam firmum ac stabile ædificiū istius imbecillitati quam degimus in corpore sexcentis mutationibus obnoxio. vid. Bisciolum hor. sub. li. II. cap. 24.

21. *Qua dicitur mors canina?*

Difficilis, quia canis difficulter animam efflat.

22. *Quot sunt via hominis?*

1. In mundum, cum in natiuitate quasi ex quodam portu soluit. 2. per mundum, cum tota deinceps vita mare procellosum peruolat. 3. è mundo, cum in morte scapha corporis ipsius quasi naufragium patitur.

CAPVT LXIV.  
DE NOBILITATE.

I. *Quis est verus nobilis?*

Quis equus generosus? quis canis? nonne qui optimus? & sic in cæteris animantibus ac stirpibus: Ergo & generosus homo non alius quam optimus. Hinc symbolum illud: *Generositas virtus non sanguis*, & illud: *Nobilitatem non dat vnus dies*. Non enim propterea quis est nobilis, quod his aut illis parentibus natus est, nec fors nascendi, quæ vno die contigit, facit nobilem, sed præclari virtutis actus, Iuuenal.

*Tota licet veteres exornent vndiq; cera  
Atria, Nobilitas sola est atq; vnica virtas.*

2. *Qui apud Romanos dicebantur  
nobiles?*

Qui maiorum suorum habebant imagines, at noui, qui tantum suas, ignobiles, qui nec tuas nec maiorum. Itaque nobilitatis nihil aliud erat quam ius imaginis; ianago autem à magistratu proficiscebatur, nobilitas ab imagine. ima-

imaginem sui ponere ijs tantum licebat qui gesserant curules magistratus. v. Si-  
gonium.

3. *Cur nobilibus curandum ne quid maiorum i-  
maginibus indignum committant?*

Cic. 2. de officiis. Si quis ab ineunte æ-  
tate habet causam celebriratis & nominis,  
aut à patre acceptam (quod tibi mi Cicero  
arbitror contigisse) aut aliquo casu atque  
fortuna, in hunc oculi omnium conijci-  
untur, atque in eum quid agat, quemad-  
modum viuat inquiritur: & tanquam in  
clarissima luce versetur, ita nullum ob-  
scurum potest nec dictum eius esse nec fa-  
ctum.

4. *Quot sunt via quibus adolescentes nobiles ad  
honores conscendunt?*

Tres; religio, eruditio & militia.

## CAPVT LXV.

### DE ORANDI SEV PRECAN- DI STUDIO.

1. *Quomodo orandum?*

1. *Preces ad Deum dirigendæ* 1. Ma-  
chab. 3.

chab. 3. congregatus conuentus &c. 4. Reg. 1.  
Ochozias. 2. mala à Deo non sunt postu-  
landa, sed ea duntaxat quæ honorem eius  
& salutem nostram & aliorum promoue-  
re possunt. Isidor. *Sapè multos non exaudit  
Deus ad voluntatem, vt eos exaudiat ad salutem  
& vtilitatem.* Aug. tract. 102. in Ioan. *qua-  
dam non negantur, sed vt congruo dentur tempo-  
re differuntur.* 3. non malè orandum Iacob.  
4. ideo &c. Iacob. 1. *Si quis* &c. 4. in statu  
gratiæ. Mediator gratus esse debet Prin-  
cipi. Greg. cum is qui displicet ad interce-  
dendum mittitur, irati animus ad deterius  
prouocatur. Ioan. 10. *Deus peccatores, &c.*  
Isa. 1. *cum ext.* &c. vnicornis capitur can-  
tu virginis, sed non corruptæ. Ioan. *Si  
manseritis, &c.*

2. *Quodnam est optimum patrocinium pœnite-  
tium?*

Arnoldus Carnotens. abbas Bonæuallis  
tract. de laudibus Mariæ ait: Christus nu-  
dato latere patri ostendit latus & vulne-  
ra, Maria Christo pectus & vbera, nec po-  
test vlllo modo esse repulsa, vbi concur-  
runt

runt & orant omni lingua disertius hæc clementiæ monimenta & charitatis insignia.

## CAPVT LXVI.

DE OCVLORVM ET ORIS  
DILIGENTË CVSTODIA.

1. *Cur oculi in hominis formatione vltimi omnium vitam accipiunt & amittunt primi dum instante morte sensim membra emori incipiunt?*

**V**T quo maius est ipsorū periculum, eo minus sit nocendi spatium.

2. *Cur oculi quasi in arce humani corporis constituti sunt?*

Vt in summo loco quasi excubias agentes toti seruiant corpori pro custodia & directione, siue quid acturus sit homo, sit iturus aliquò, seu quacunque alia in re opus fuerit illorum officio. Matt. 6. rectè ait Christus: *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus lucidus fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Nam clarè perspiciens oculus, ita reliquas omnes partes illuminat eisq; subseruit, atque si singula mem-  
bra

bra oculis essent prædita, immo ac si toto corpore nil nisi oculus esset homo.

3. *Quid (agit) qui emittitios ausquam non iactat ocellos? (oculus exspirantes in omnem partem conuertit?)*

Hoc agit vt pandas (apertas) mors inuolat atra fenestras. (dum vitis per illos ingressum concedit.) Quintil. declam. 1 vitis nostris in animum per oculos via est. S. August. in Psalm. 41. Oculi fenestræ sunt mentis Ierem. 9. Matth. 5. Thren. 3.

4. *Cur Deus oculos fletus instrumentum esse voluit?*

Vt quo sordes peccatorum hauriuntur, eodem per lachrymas diluantur. Heu quam multi in gehennæ incendio æternas luunt pœnas oculorum tantum culpa non benè custoditorum, aut quod contractas per oculos maculas fletu non deterferunt?

5. *Quid faciendum vt aspectu periculosa vitemus?*

Oculi in cœlū attollēdi sunt, & cum Sen.  
(in

(in exordio lib. nat. quæst.) dicendum est: Quam iuuat inter sidera vagantem diuitum pauimenta ridere, & totam cum auro suo terram?

6. Quid facit indomito franum qui respuit ore? (os non custodit.)

*Vrbem aperit, casisque vocat custodibus hostem.* Proverbiorum 13. qui custodit os suam, custodit animam suam. cap. 25. sicut vrbis patens & absque murorum ambitu, ita vrbis qui non potest in loquendo continere spiritum suum. q. d. Qui nullam habet rationem eorum quæ loquitur, is quasi ciuitatis portam pandit, mœnia diruit, excubias profigat, & voluntati hostium exponit, Eundem circa curam sui committit errorem eidemque discrimini se exponit qui in edendo & bibendo oris laxat repagula, Sapiens eiusmodi ciuitatis suæ custos & Dominus sensim insensatur, dum cibo potuque repletur & à crapula absorbetur.

GA.

## CAPVT LXVII.

## DE OTIO ET PIGRITIA.

1. Quomodo Gymnosophista sapientes India inertes castigabant?

**C**um edulia mensis apponerentur prius adolescentes interrogabant: quid à lucis ortu didicissent vel fecissent: qui nihil respondebat, impransus foras triclinio extrudebatur: Habebant odio quam maximo desides, quos omnes quia nihil egissent in hac vita, tanquam non vixissent, sepulturam bestiarum sepeliebant. Apul. 1. Florid.

2. Quomodo Florentia in Hetruria patrio instituto animaduertitur in eos qui otiose & ignauiter agunt?

Ex his exoptulatus aliquis vnde vitium sibi quærat & vestitum, si expedire non possit, & viræ innocentiam probare, ut sceleris conuictus plectitur, aut rāquam ciuitati perniciosus vrbe exigitur. Sabell. libr. 6. cap. 1. Rectè Baptista Mantuanus Eclo. 10.

M

Otia

Otia damnantur quæ nulla negotia tractant.

3. Quomodo ex otio vitia nascuntur?

Vt ex veste non gestata nascitur tinea, in aquis stagnantibus bufones, & fœtores, in ferro non trito rubigo, in terra inarata spinæ, & tribuli, lyra intacta chordarum discordia, ita ex otio vitia. Hinc Cleomenes interrogatus, cur non deleuisset Argiuos à se deuictos, respondit, ne desint qui iuuentutem nostram exercent Plutarch. Metellus in senatu deuicta Carthagine dixit, nescire se illa victoria boni an plus mali Reipubl. attulisset. Annibalis enim transitu in Italiam dormientem, iam populi Rom. virtutem excitatam, metuique debere ne acri æmulo liberata rursus obdormiat. Valer. libr. 7. cap. 2. Scipio Nasica consuluit Romanis non delere Carthaginem: ne populi Romani otium & requies ab hoste adferret corruptelam, ut ea deleta contigit. Flor. li. 2. cap. 15. Augu. 2. Ciuit. cap. 18 Spartani noluerunt à Rege suo excindi urbem molestatam, ne deesset eos acuedæ iuuentuti, Plutarch. Relicti Chana-

Chanani in terra promissionis deui&ne Israël torperet. Iud. 3.

4. Estne omne otium turpe?

Quod caret alterna requie durabile non est. Et ferreus consumitur annulus vsu.

5. Quid est otium?

Magnum negotium, hinc Græci ἀπραγμοσύνη ἐστὶ μεγάλη πρᾶγμαλεια. Otium est magnum negotium siue magna molestia, quia otiosi omnibus rebus se implicant nihil ad se pertinentibus, seu sunt πολυπράγμωνες.

CAPVT LXVIII.

DE PATIENTIA.

1. Afferitne Gerson rectè S. Iobum plus meruisse quod illatam sibi à Satana iniuriam patienter sustinuit, quàm si ex voluntate libera omnem suam substantiam pauperibus erogasset?

RECTISSIMÈ: quia maiori præmio digni sumus si ærumnas superuenientes, vel à Deo nobis immixtas sine querela & murmure, sine diuinorum iu-

diciorum reprehensione, & absque odio proximi æquo animo sufferamus, quam si disciplinis, ieiuniis aliisque molestiis carnem nostram maceremus. Tantum valet resignatio propriæ voluntatis. Contra absurdissima est nolle recipere ea quæ Deus nobis immitit.

2. *Quid consequitur æquo animo proximi offensam & contumeliam tolerans?*

Sedatum animum & lenius in seipsum iudicium.

3. *Cur patientia dicitur antidotum vitæ?*

Quia est verum antidotum & remediū contra tot venena, quibus in hac vita undique extrinsecus & intrinsecus inuadimur. Dicitur & *domus omniū*, quia fortuna & casus humani & impetus hominū retunduntur si opponatur moles patientiæ.

4. *Quomodo iniuria vlciscenda?*

Obluione, quia non est verior aduersus iniuriam vltio, quam si obliuiscaris eius. Sic enim nec animum vret, nec magis lædet,

lædet, quam si facta non esset.

5. *Non frangi aduersis vbi per compendia discam?*

*Hoc lege descriptum in flagris, cruce, sanguine Christi*, hoc est, da operam passioni & morti Christi intimo cordis amore meditando. Exod. 15. lignum dulcorauit a quas quæ bibi non poterant: sic lignum Crucis seu passio Christi deuotè considerata dulcorat, & facit potabiles amaras tribulationum aquas. S. Gre. Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil adeo amarum est quod non æquo animo toleretur. Heb. 12. *Recognate*, & c. Lege in Christo super pulpito crucis expanso quasi libro intus & foris scripto immentam sapientiam, potetiam, & bonitatem, stupendam charitatem, infinitam misericordiam, inexplicabilem mansuetudinem, incomparabilem humilitatem, obedientiam & patientiam. S. Bernar. serm. 43. super Cant. *Ego ab ineunte mea conuersione, pro æterno meritum, quæ mihi deesse sciebam, hinc mihi fasciculum colligare, & inter vbera mea collocare curavi collectum ex omnibus*

*anxietatibus & amaritudinibus Domini mei. Tu quoque si sapias, imitaberis sponsa prudentiam, atque hunc myrrha fasciculum nec ad horam à petore tuo patieris auelli, amara illa omnia, qua pro te perculit, semper in memoria retinens, & assidua meditatione reuoluens.*

Sicut pro more habebant Aethiopes, vt si Rex membro quopiam esset mutilatus, amici quoque eius eodem se mutilari curarent: sic S. Bernardus indecorum esse iudicabat, sub coronato capite membra esse delicata.

*6. Suntne patientes martyres?*

Sine ferro & flamma martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter conseruamus. Per hanc animam nostram seruata custodimus, perditam lucratur, & gloriose in æterna beatitudine possidemus. Hinc Christus Luc. 2. in patientia vestra possidebitis animas vestras.

CAPVT LXIX.

DE POENITENTIA ET CONFES-  
SIONE AURICULARI.

*1. Quid profuit Lutheranis abrogatio huius confessionis?*

Domin.

**D**ominic. Sotus Caroli V. à sacris confessionibus li. 4. sent. dist. 18. q. 1. ar. 1. Verecundia, inquit, confitendi vehemētissimè homines à peruersis moribus arceat, id quod meteste Germani ipsi, dum publicè inter eos agebam fatebantur. Quade rex inclyta Norinberga ciuitate missa est ad Cæsarem legatio, per quam ciues id petebant, vt Cæsar Imperatorio iure confessionem auricularem induceret. Agebant enim se vsu & more intellexisse Remp. suam postquam confessio cessauerat, vitiis contra iustitiam & alias virtutes scaturire, quæ illis antea fuerant incognita. Risum autem ea legatio mouit. Nam cum fateri omnino renuerent per absolutionem sacerdotis culpas remitti, & diuino iussu teneri homines ad confessionem, quomodo plebs induci posset Cæsarea lege occulta sua scelera secretò confiteri.

*2. Habétne materiam confitendi, & absolutionem obtinendi, qui vnum duntaxat veniale habet peccatum?*

Habet. Nā licet non habeat quod necessum sit confiteri, habet tamen quod possit

M 4

confi-

confiteri, eiusque occasione, supra remissionem etiam gratiam nouam abundantem obrinere.

3. *Cur expedit peccatum bona confessione statim dimouere?*

Quia ut solent subinde vermiculi illi in carioforum dentium cauernulis orri, homines quasi in rabiem redigere, nisi fumo quodam acri vel alia amaritudine cogantur excedere; ita & peccatum dirè hominem excruciat, nisi per pœnitentiæ acerbitatem exterminetur.

4. *Estne sacramentum Pœnitentiæ magnum Deibeneficium?*

Benedictus sit Deus quod facultatem nobis fecit toties quoties volumus hic cū suo vicario computandi, seu rationes subducendi, & debitorum nostrorum remissionem per pœnitentiæ sacramentum recipiendi: quodq; nos certos reddidit verbo suo ut sigillo consignans fore, ut in cælis remissum sit & solutum, quicquid hic sacerdotes remiserint & soluerint super terram.

5. *Quan-*

5. *Quando opportunum est peccati abstinere call?*

Mox, hodie, iam nunc, puncto mors imminet omni. Syr. 21. *Quali à facie colubri fuge peccatum, &c. cap. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, &c.* Petrus Consoluius cū quadam die equo superbo vectus per totam urbem cum cœqualibus spatiaretur, in profundum lutum cecidit, ex quo cœnopus extractus, cū à puerorum grege circumstante sannis & risibus exciperetur procaciter, rubore perfusus dixit: Quandoquidem ô munde sic à te cui tam gnaui ter feruiui tractor, ego vicissim te ut mereris tractabo. Itaque eodem momento constituit se Deo famulaturum, quod paulò post cum magna ciuium admiratione aggressus est in familia Dominicanorum, Platus de bono status relig. lib. 3. c. 38.

6. *Cur acceleranda pœnitentia, vel mox à peccatis resurgendum?*

1. Quia incertum est an Deus sit etiam aliàs cor tacturus intrinsecus. 2. quia incerta est hora mortis. 3. quia nocuit dif-

M 5

ferre



ferre paratis, semper enim malum ingrauefcit per moram in hoc genere.

7. *Estne miraculum spirituale conuertere peccatorem?*

Gregor. lib. 3. dialog. c. 17. ait maius esse fuscitare in anima Paulum, quam Lazarum in sepulcro quatrduanum. Gregor. Naz. orat. in laudem S. Basilij miraculo adscribit, quod Basilius prædicatione sua extorquere potuit à ditioribus, vt eorum horrea aperirentur, & pauperes reficerentur.

CAPVT LXX.

DE PAUPER TATE.

1. *Cur verum est prouerbiũ. paupertas sapientiam sortita est?*

**Q**uia opulentia est ignaua, & inopia multarum artium est repertrix. Vnde etiam Theocritus: *Ipsa laborandi doctrix studijq; magistra.*

2. *Quid significat hoc symbolum. Natura quis pauper?*

Nulli deesse quo se sustentet. Sic enim pro-

prouidit natura, vt facile suppetat animantibus alimonia, modo ne quis putet se non posse viuere sine pane siligineo, & pisciculis ex mari Aegeo aduectis, aut auiculis multo parandis. Panis & aqua vitæ sufficit.

3. *Quid illud: Opione quis diues?*

Neminem habere tam multa, cui non aliquid deesse videatur, quo fit vt diues non fit, cum aliquid requirat amplius. Ita si errorem communem recipimus, nec sua opinione quisquam erit diues, nec aliena.

4. *Cur pauper dicitur egens non carens?*

Quia non caret sed desiderat. Hinc Socrates forum ingressus dicebat: *Quã multis ego non egeo?*

CAPVT LXXI.

DE PACE.

1. *Qua ad pacem nos inuitant?*

**I**psa summæ Trinitatis concordia. Tres personæ dicuntur vnus Deus

non solum substantiæ identitate, sed etiam voluntatum vnione. Ego & Pater vnum sumus, ait Christus. Dicitur Deus pacis, immo ipsa pax. Ephes. *Ipsa est pax nostra.* Ioann. *Deus charitas est.*

2. Quod Deus ne angelum quidem pacem pacificum in cælo tolerare voluit, videbam *Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem,* & contra pacificos filios Dei Christus vocat *Math. 5.*

3. Quod hic mundus pulchra constet concordia, elementa omnia suo loco, &c. *posuit mari terminum.* Quatuor anni tempora placidè miscentur, & sensim sibi inuicem cedunt. Sol & Luna concordēs: præest Sol diei, Luna cum stellis nocti decreto Dei. Qualis foret mundus, si quodlibet horum prædominari omnibus veller?

4. Quod elementarium qualitarum concordia microcosmum seu hominem sanum reddit, discordia ægram.

5. Quod pax syntaxis quædam est propria Christianorum. Turpe Grammatico non posse iungere mobile cum fixo per syntaxin, turpius Christiano in cuius lege

sem.

semper auditur charitas, discordijs agitari. Ioan. 13. *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei eritis &c.*

6. Quod concordia res parvæ crescunt, &c. Sal. Roma temporalis ex cala facta est caput mundi, at rediit ad casus eius imperium per discordias. Roma spiritualis, Ecclesia Romana, ab humili præsepio Christi, & repiscatoria facta est dominantium per concordiam credentiũ, quorum erat cor vnum & anima vna. Act. 5. *contrà Luc. 11. omne regnum &c.*

7. Turpe malos concorditer viuere, Christianos non item. Non solent duo lingua curua aptè iungi, &c.

## CAPVT LXXII.

## DE PECCATO.

1. *Quod est summum malum?*

**D**Eum summum & infinitum bonum, cuius respectu Principes terræ sunt quasi viri picti, ob peccatum habere inimicum, & ab eodem reprobari ac reijci, de quo *Plal. 138. Si ascendero in cælum tu illic, &c.*

## 2. Licetne exprobrare poenitenti peccatum?

Syr. 8. v 6. *Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neq; improperes ei, memento quoniam omnes in correptione sumus.* (Straffwürdig.)

## 3. Quid docet illud symbolum: cuius pudebit pigeat?

Ne feceris quod factum nolis. Stultum est id agere quod postea multo redempturus sis.

## 4. Quis est summa dementia?

Qui vitis seruit, sordet cui splendida virtus. Filius prodigus Luc. 15. eo insipientiæ venit, vt paterna domo obedientiaque neglecta, patris amore, solitudine, tutela, dignitate & omni denique felicitate contemptis iuerit se perditum, vni ciuium tenebrosæ huius regionis, hoc est, diabolo adhærendo, & luxuriosæ vitæ damnabili exitio porcos, hoc est, fœdos prauosque affectus ieiunè & inaniter pascendo, Hunc qui imitantur, ij facto declarant se libentius diabolo seruire duro domino, quam amantissimo Patri, DEO. S. Chrysof. hom. 24. in Matth. *Peccatores sunt equi diaboli.*

diaboli. Nam sicut equus domino suo in portandis oneribus, in trahendo curru, & in vectando seruit, illumque seffor frans in quam vult partem nstlectit ad nutum, ita regit peccatorem diabolus pro suo arbitrio. B. Prosper lib. 2. de vita contemplatiua cap. 5. ait: *O facinus inauditum, suauis iugo Christi contempto ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione suscipimus.* De seruitio diabolo per peccata præstito lege duo exempla apud Calsian. collat. 2. ca. 7. & coll. 9. c. 6.

## 5. Quidnam est maximè generosum?

Nolle peccare. Senec. etiamsi scirem Deos ignoscituros, & homines ignoraturos; adhuc propter peccati vilitatem peccare dedignarer.

## 6. Quis sese primo scelere incestauit iniquo, seu quis primum peccatum prociudit &amp; commisit?

Lucifer, æterna veri statione relicta. Esai. 14.

## 7. Crimina cur censet quædam capitalia dici?

Cætera Lernæa velut hinc ceruicæ resultant. Septem gentes filijs Israël ingressum in

in terram promissionis prohibere conabantur. Deut. 7. ita hæc nobis ingressum in cælum. Et ut opus erat robur illarum gentium armata manu conterere; ita necesse est hæc foriter pugnando deinceps, & ita in supernæ patriæ requiem introire. Deut. 7. *percuties, &c.*

7. *Dic homini quâ non clades damnosior vlla est? vel quid est homini perniciosissimum?*

*Peccatum, excusis in quo sibi plaudis habent.* Syr. 17. *Quid nequius quam quod excogitavit caro & sanguis?* (peccatum mortiferum, quo homo omne bonum quod habebat, habet, & erat habiturus amittit.) Quoties homo e usmodi committit peccatum, toties sponsa altissimi fit adultera Satanae, templum Spiritus S. verritur in speluncam latronum, vas electionis in vas corruptionis, lectus Christi in cubile porcorum, sedes Dei in cathedram pestilentiae, soror Angelorum in sociam diabolorum, & quæ ut columba volabat in cælum, ut tortuosus serpens per terram graditur, Cœli, angeli, & omnes sancti cum descent, deplorant eundem lachrymæ Christi, eodè

quod non cognovit tempus visitationis suæ, neque post peccatum miseriam suæ desolationis. 1. Ioan. 3. *Qui facit peccatum ex diabolo est.*

8. *Cur peccatum debet æternum puniri?*

Quia licet sit actus temporaneus & finitus, permanet tamen in æternum eius indignitas & culpa, quia contra infinitam & immensam Dei maiestatem commissum est. Quin etiam qui peccat quam diu vivit, si æternum viveret, æternum quoque peccaturus æstimatur, in voluntate namque æternaliter peccare censetur, unde etiam æternaliter puniri meretur. Et cum in anima & corpore finitus sit, & ita immensæ pœnæ (quam meretur) incapax, æquum est ut æternam & infinitam quoad durationem sustineat pœnam.

9. *Cur terra sub mole peccatorum gemit, neque tamen dehiscit vel ruit?*

Præ scelorum gravitate ruinam minatur, & tamen adhuc immensa Dei benignitate sustentatur, ut peccatores cœvertantur, vel tempus habeant pœnitendi, hinc ille.

ille : *Omnia quid rerum supra est portenta fide-  
demque?*

*Quod scelerum sub mole gemit, neq; terra de-  
hisit.* (sub tanto scelerum fasce non cor-  
ruit) cœli vnicum Luciferi peccatum fer-  
re nequiverunt.

10. *Cur peccatum Syr. c. 21. vocat romphaam  
bis acutam?*

Qui animam & corpus reatu æternæ  
damnationis transuerberat.

11. *Quo datur antidoto scelerum dispellere  
virus?*

*Quatuor accincto memorare nouissima corde,  
Deut. 32. Moyses optat vt Israelitæ no-  
uissimorum recordarentur. Vt equus  
caudæ suæ diuerberatione muscas, vespas  
& cœtra à corpore abigit; ita homo me-  
moria æternæ damnationis vt longissime  
caudæ præsidio tentationes abigit. Syr. 7.  
memorare, &c.*

S. Hieron. sup. Matth. *Siue comedo, siue  
bibo, siue aliquid aliud facio, semper videtur il-  
la tuba terribilis sonare in auribus meis: Surgite  
mortui venite ad iudicium. Quoties diem illum  
confidero, toto corpore contremisco.*

12. Quo-

12. *Quotuplicia sunt opera nostra?*

Quædam 1. mortifera vt peccata. 2. vi-  
talia & viuæ, vt actus virtutum in statu  
gratiæ. 3. mortua vt actus virtutū in pec-  
cato. 4. mortificata vt benè facta ante  
peccatum.

13. *Quam vilibus rebus vinci se patiuntur pec-  
catores?*

Auari auro & argento, terra rubra &  
candida, coctis in ventre terra: Libidinosi  
mulcibus è terra natis & in terram re-  
uerfuris; superbi rebus è terra natis & vel-  
leribus ouium, &c. Gulosi terræ fœti-  
bus, animalibus, vino &c.

14. *Quodnam est optimum remedium contra  
peccata?*

Meditatio passionis Christi. Orig. in c.  
6. ad Roman. Certum est quia vbi mors  
Christi animo circumfertur non potest  
regnare peccatum. Est enim tanta vis  
crucis Christi, vt si ante oculos ponatur,  
& in mente fideliter retineatur, ita vt in  
ipsam mortem CHRIS T I intentis men-  
tis oculis inspiciatur, nulla concupi-  
scentia, nulla libido, nullus furor, nulla  
supera-

superare possit inuidia, sed continuè ad eius præsentiam totus ille peccati & carnis fugatur exercitus. **I. Cor. 6. Empta, &c. Gal 5. mihi absit, &c. S. Chrysoft. hom. 88. in Marth. Peripiciens verbis & rebus, & habitu contemni atque per illusionem adorari, cædi denique ac omnia pati extrema, etiamsi lapis esses, ad mollitudinem ceræ flexus, omnem animi tumorem deponeres.**

*15. Cur peccatum non est parui aestimandum?*

Quia in Ter maximum committitur Deum, à puluere, cinere, umbra. Climacus; Si peccata nostra secundū quod ponderanda sunt pōderaremus, arbitraremur nos non posse satisfacere pro eisdem etiamsi mille annis in pane & aqua abstineremus, vniuersumque mundum produceremus nobiscū & pro nobis plorantem, totumque Iordanem. **S. Hieron. in Reg. Forsitan paruum æstimas culpam, dico tibi quod nec pro minima culpa totus satisfacere mundus posset, nisi Deus ex sua pietate dignetur ignoscere.**

CAPVT LXXIII.  
DE PEREGRINATIONE.

*I. Quomodo P. Franciscus Borgias ex Duce Gaudia Societatis Iesu, & demum Præpositus eius Generalis in ordine tertius difficultates & molestias itinerum superabat?*

**P**ost ingressum in Societatem cum nobilis Hispanus motus compassione quod nimis incommodè iter faceret cum rogaret vt valerudinis suæ aliquam curam haberet, Franciscus ridenti facie inquit: Ne arbitretur dominatio veltra mihi deesse oportunitates itineris. Soleo metatorem præmittere qui commoda nobis in diuersorū appareret. **Ecquem?** ait nobilis. **Cognitionem mei,** respondit Franciscus, & **considerationem pœnarum inferni quas peccatis exigentibus merui.** Hac notitia comitatus nunquam hospitium tenuiter instructum inuenio, immò apparatus longè meliorem quam mihi mereri videor.

CAPVT LXXIV.

DE PŒNIS.

*I. Cur Dem quosdam tardè punit?*

**I**Ra Dei, quia arcum suum tendit, grauius sæuit quo diutius dilata fuerit,

2. *an oppressores aliorum iram Dei euadant?*

Virga opere suo perfuncta datur vrenda flammis.

3. *Quid boni elicit Deus ex pœnis?*

Beda in lib. I. Reg. cap. 16. Virtus Deus malis spiritibus ad probationem quorundam vt Iob & Tobia; ad emendationem, vt Magdalena; ad cōseruationem vt Pauli, cui datus est stimulus carnis angelus Satanæ: ad correptionem vt Corinthij per Paulum ex cō nunciari: ad damnationem, vt Achab, Antioch, Herodis. vers.

*Vt probe, emendet, conseruet, corripiat q̄,  
Vs damnet mis. ros vicijs diuina flagellas.*

### CAPVT LXXV.

## DE RELIGIOSIS ET PERFECTI ONE SPIRITUALI.

1. *Vnde mensura sanctitatis sumenda est?*

**C**onsidera quātum proficias in humilitate t̄ interiori quā exteriori, quo-

mo.

modo proximum propter Deum diligas, iniurias, tribulationes & aduersitates feras Quomodo Deum in omnibus actionibus tuis purè & simpliciter quæras, quæ ratione linguam, cor, sensus, carnem cum omnibus prauis desideriis & concupiscentiis frano cohibeas, & præcipuè an in te mortuus proprius amor, & appetitus bonorum, deliciarum, & omnium vanitatum mundi & pompæ eius.

2. *Cur daemones maximè tentant religiosos?*

Quia singulari odio Deo consecratos prosequuntur eosdem acrius & crudelius vexant, vti in B. Antonio liquet. Gregor. hom. 9. in Ezech. *Nullus in hoc mundo locus tutus, nullus securus est Loth in Sodomis, sanctus extitit, in monte peccauit. Ipse humani generis primus parens in paradyso cecidit, & si locus saluare potuisset, nequaquam Lucifer eius sua cohorte de cælo corruiisset.* Tantò vehementius dæmon tentat religiosos, quantò amplius Deum eorum lapsu offendi, scandalizari bonos, & à virtutibus abstrahi cognouit.

3. Quæ

3. *Quæ est differentia inter Soc. Iesu Patres & nonnullos alios religiosos?*

Christianismus Gallix Rex Henricus IV. cum visitaret cœnobium quoddam Carthusiense, quæsiuit ex probò religioso eiusdem Monasterij, quænam esset differentia inter ipsos & Soc. Iesu Patres, in ratione quærendæ perfectionis? cui ille respondit. Se suosque per carnem spiritum: Societatis Patres spiritu carnem, (iuxta illud ad Rom. 8. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis*) Deo rationiq; subiicere.

4. *Quomodo religiosi præstantissimum Deo sacrificium offerunt?*

S. Aug. lib. 3. de lib. arb. rectè ait: Nihil tam in nostra est potestate quam ipsa voluntas, quia nulla eam externa vis aut potentia potest inflectere, at hanc præcipuam sui partem offerunt dum tria vota emittunt, ac totam voluntatem suam exuunt, & alterius (superioris) induunt;

5. *Qui Capucini tantum possunt perferre frigoris?*

D. Bo-

D. Bonau, in vita S. Francisci ait S. Franciscum frequenter dixisse: si amore in Deum corda inflammarentur, perparum aut nihil vim frigoribus corporibus nocituram.

CAPVT LXXVI.

DE SANITATE CORPORIS.

1. *Quibus uerbis Syracides c. 30. docet sanitatem esse thesaurum omnium diuitiarum pretiosissimum?*

Salus anima in sanctitate iustitia, & melior est somni auro & argento: & corpus validum quæ census immensus. Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium.

2. *Quis prospera valetudinis optimè ponderat pretium?*

Qui morbis exercetur. Inter summa autem naturæ beneficia hoc vnum tanti esse debet, ut ex hoc tota vitæ degendæ, recteque agendi ratio dependeat. Vnius solius dentis dolor, aut extremi digiti affectus sensus sic mentem animumque totum ho-

N

minis



minis rapit, vt nec legere, nec cogitare, nec cogitare, nec vlli rei intendere libeat: omnes hominis vires & sensus in hoc coeūt vt dolor pellatur. Syr. 30. *Melior est pauper sanus & fortis viribus, quàm diues imbecillus & flagellatus malitia. Et: Melior est mors quàm vita amara, & requies aeterna quàm languor perseverans.* Salom. Pro. 16. *Dulcedo animae sanitas ossium.*

CAPVT LXXVII.  
DE SAPIENTIA.

1. *Cur sapientia dicitur oculus vitae?*

**Q**uia est rerum diuinarum & humanarum notitia, qua sublata, cæca esset vitæ nostræ, & in dēissimistenebris cōstituta.

2. *Cur solus sapiens dicitur longæuus?*

Quia vita stultorum non est vita. Ea demum est vita quæ per sapientiam agitur, ita præferendus est vnus dies sapientis longissimæ æternitati stultorum. Cic. 5. Tusc.

3. *Quid monet illud symbolum: inter spinas calcatus?*

Inter inimicos cautè est agendum, cum  
que

quæ inimicis septa sit hæc vita circumspeditione, & magna cautione opus est ad eam transigendam.

4. *Cur multum cogitandum & deliberandum est antequam statuas?*

Quia præcipitis consilij affecta est penitentia. Hinc illud: accuratè cogita immutabilia, seu quæ facta mutari non possunt.

5. *Vbi non inuenitur sapientia?*

In terra suauiter viuentium. Iob 28. cōtra aduersa, & quæ nocent docent.

6. *Estne sapiens qui bonum scit, & non facit?*

Non est sapiens qui in bonis saporem non inuenit, à sapiendo enim dicitur. Si autem non sapit, quomodo sapiens esse dicetur. Hinc Syr. c. 6. Sapientia doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta: quia, scire volunt omnes, sed scitè viuere pauci.

7. *Quæ est consummata sapientia & felicitas?*

Mandatorū Dei obseruatio & vitæ sanctitas.

ras. Eccles. 12. Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo, id est, optimum quod homo hic potest optare.

8. Quis omnibus sopsis sapientior existimandus?

Qui probus est, habet hac solidam sapientia uadem. Iob 28. Timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Greg. Naz. orat. in plag. grand. Prima sapientia est uita proba & honesta, & apud Deum pura mens, per quam puri puro iunguntur, & sancti sancto sociantur. Sap. 7. Proposui illam (sapientiam) Regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius. Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitia Dei, propter disciplina dona commendati: quia se suaque omnia secundum Dei legem componunt, ut ipsi placeant. Hinc Alphonsus Arragonum Rex à familiaribus rogatus, qui fieri posset, ut tatarum opum Rex ad paupertatem aliquando deueniret? respondit: Si sapientia venditaretur, Tacite innuens empturum se eam,

eam, plurisque facere quam omnes diuitias, omniaque mundi regna. uti Cantic. 8. de dilectione dicitur: Si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam, hoc est, tam parui aestimabit omne quod dedit, ut nihil se impendisse arbitretur.

Temporibus Caroli Magni (ut referunt Francorum chronica, chronicon Arelatense & speculum aquilin.) duo sapientes viri Ioannes Mailrosus, & Claudius Clemens circiter an. 791. cum mercatoribus ad Gallie litora appulerunt. Qui cum nullas, ut alij rerum temporalium negotiatores merces exponerent, admirantesque ob id homines illos conspicerent, coeperunt præconum more clamare; Si quis est audius sapientia venit ad nos, & accipiat eam: nã apud nos uenalis est. Cumque hoc iterato crebriusque inclamarent, stultos illos atque deliros esse quidam arbitrati sunt. Verum dum id Flacci Albini operã (is enim cum ipsis Venerabilis Bedæ quondam discipulus fuerat) ad Caroli Magni aures perlatum esset, vocati rogatique sunt illi ante

hac inauditi mercatores num verum esset quod promitterent, illisque annuentibus asserentibusq; quod inæstimabilem illam sapientiæ mercem, Deo adiuuante, tradituri essent candidè eam desiderantibus, dignèq; suscipientibus, percontatus est porro Rex quo pretio ea venalis esset, quantuè liceret. Tria se illi deponere significabant, cùm alioquin pretium eius esset inæstimabile. Primum congruentem expromendæ merci locum, deinde capaciam pro vasis ingenia, tertio victû & amictum sine quibus non viuitur. Gauius supra modum Rex, vtrumque apud se retinuit, eoq; initio cepit ita Gallia, & inprimis Parisiensis ciuitas, omni bonarum disciplinarum genere florere, vt cùm Athenis ipsis aliisque sapientiæ sedibus non videretur contendere.

CAPVT LXXIX.  
DE STULTIS.

1. Re Eléne asserit Cicero lib. 9. ad Papirium.  
*Stultorum plena esse omnia?*

**R**ectissimè, multa enim sunt genera stultorû. Greg. 18. mor. c. 25. ait: *Tanto quis*

*quis stultior quanto plus conatur sapiens videri. Neque quisquam alijs sapiens videri studet, nisi prius talis sibi videatur, dumq; ita desipit seipse decipit.*

Sen Si quando fatuo delectari volo, nõ est mihi longe quærendus, me video, inconstantes sunt stulti. Syr. 27. *Stultus vt luna mutatur.*

2. *Quodnam est pessimum stultitiæ genus?*

Peccare. Nam stultus est qui sibi charissima oculorum lumina eruit, qui se prudens volensq; in casses diaboli indult, qui tunicam pluris quàm corpus suû facit, qui corpus æstimat pluris quàm animam, terram pluris quàm cælum, cœnum auro præfert, & excrementa gemmis, qui æterna temporaneis postponit, hoc autè facit peccator. Conuictæ manifestæq; est stultitiæ maiorem a fini sui curam gerere, quam suimet, illum bellè comere, splendide induere, se vero nudum relinquere, illum opiparæ mensæ admouere, & interim inedia macerari, & fame confici, illû molli lecto deponere, seq; eius loco laboribus oneri-

busq; vectandis fatigare. At peccator hoc pacto maiorem curam gerit a selli seu corporis sui, quàm spiritus seu domini sui, Peccator sibi met ex stramine & sarmentis pice & resina illitam pyram vel ædiculam struit, in qua viuus perennibus flammis concremetur. Cæli sibi præcludit ianuam, & inferni voraginem non tantum horrèdè sibi dilatat, verum etiam nouam quantum in se est gehennam condit., & noua tormenta cudit, quibus meritas in perpetuum dementiæ suæ pœnas luat, igneque infernali densam tantæ fatuitatis rubiginem excoquat. Ierem. 29. de hoc genere stultorum ait Ecclesiastes ca. 1. *Peruersi difficile corriguntur. stultorum infinitus est numerus.* Recte ergo ille:

*Stultitia palmam stultis quis præcipit ipsis?*

*Damona qui mauult Dominum quam ferre tonantem,*

Admodum enim desipit qui spreto Deo seruit diabolo humani generis hosti, & qui volens peccatum mortale perpetrat, cum perfidis Iudæis electo ad vitam Barabam Christum morti destinat, atque à se

repel-

repellit. Salutem enim suam reiicit, & mortem damnationemq; animæ suæ sciens lubensque amplectitur. Sic Salomon ex tantæ dignitatis gradu apud Deum, in tantam per mulierum infatuationem vilitatem cæcitatemque delapsus est, vt se demoniorum cultui dederit, iisq; publicè litaret, templis etiam & aris idolorum cœtui erectis.

Quæ maior est insania quam Deo optimo Domino spreto, cui omne seruitium & nos ipsos nostraque omnia infinitis modis debemus, qui que post innumera in nos collata beneficia, & postquam se nobis in socium, in cibum & in pretium dedit, etiã tandem in præmium daturus est. Hoc inquam suauis eius iugo ceruicibus excusso, teterrimum salutis nostræ inimicum dæmonem tyrannum & carnificem sæuissimum in dominum sponte deligere? Illum, inquam, cui nihilominus nunquam facturi sumus satis, neque ad totum plenè valemus obsequi, cui totis viribus resistendum erat, qui que nihil vnquam boni nobis prestare poterit, sed hic odio summo perse-

N 5

qui-

quitur, sempiternis cultores suos postea tormentis sceneraturus. Corinthij non solum stulti vt refert Sabellicus li. 4. c. 9. sed etiam dementes habiti sunt, quia Romanorum legatos stercoris inectu pro concione violarunt. Hæc iniuria peperit ipsis excidium: at peccator Dei vultum in anima sua peccati scæcibus obruit, & tam stulto ludo se inextinguibilibus gehennæ ardoribus obnoxium reddit.

Claudius stultè Neronem adoptauit, cum Britannicum legitimo toro natum haberet, què imperij hæredem potuit instituere, verum hac face non solum propriam domum, sed Romam & totum orbem accendit. Sabellicus, ibid, at peccator se ex filio Dei diaboli filium facit, & cælum, terram, & quicquid illis continetur, æternis inferni incendiis tradit.

Athenienses aiebant se purgare ciuitatem, cum ex illustribus viris aliquè ostracismo ex vrbē eiiciebant: rogati autem ab Aristide, quo suo merito se tali ignominia afficerent: *Quia ferre non possumus te vbiq̃ bonum predicari.* At peccator maiori laborat

borat infanti, quia non solum bonos non tolerat, sed etiam se cum Regni cœlestis sit hæres, exulem eiusdem & extorrem facit. Nam teste Aug. in soliloq̃ Deum derelinquere idem est quod perire. Basil. de Virg. ait: *Paradyus patria nostra est. Quid igitur nisi extremæ est amentix dum peccator viuens vidensq̃ perit, cum per peccatum à Deo & à salute sua recedit? v. locum de peccato.*

### 3. *Quo vadit stultus peccator?*

Eo vbi non est vita sed æterna mors & sempiternus horror inhabitat (Iob. 10.) Ecclesiastes cap. 6. ait. *Quid habet amplius sapiens à stulto, nisi vt pergat illic vbi est vita?* Consule veridicum Christianum.

## CAPVT LXXX.

### DE SACERDOTIO.

1. *Suntne apti rei sacra qui aliqua parte aut membro carent, etiam eo quod generationi est necessarium?*

**N**ihil minus, vt nec mutilatæ victimæ. Docet hoc Bisciola lib. 4. hor. subseciu. c. 21. ex can. Apost. & Pont.

2. *Cur parcius vituperandi Sacerdotes?*

S. Francisc. in testam. Nolo in ipsis considerare peccatum, quia Domini mei sunt, & filium Dei cerno in ipsis, &c. Utinam in omnibus collegiis ex omnibus vnum deligerent qui loco destinato eos priuatim, exclusis laicis liberè moneret, & si opus esset increparet.

CAPVT LXXXI.  
DE SENECTUTE.

I. *Quibus rationibus docet Ecclesiastes c. 12 in-  
eptè in senectutem reijcere otium sa-  
lutis ac studium perfectionis?*

I. **Q**uia senectutis anni sunt anni afflictionis, & anni qui parum placent, cum in iis ordinariè minus sumus idonei ad ea munia peragenda, quæ florenti ætate leui labore consequi potuissimus: potissimum autem senes qui virtutis studium nūquam ingressi sese vincere, cupiditates domare, virtutum subsidia consequi neglexerunt, ætate ingrauescente displicent sibi, displicent & aliis quod morosi, quod auari, quod

quod iracundi, quod morbis variis oppressi persæpe querantur, sibi graues, alijs molestè. Cic. ad Attic. lib. 14. Amariorem me senectus facit, stomacho omnia. Notum illud in epigram. Græc. Si modicum de dulci vino in vase remanserit, acescit: sic senex exhausta iam vita, & ad finem ætatis prouectus fit morosus & iracundus.

2. quia in senectute sensus nostri paulatim debilitantur, planeque deficiunt, & solis, lunæ ac siderum splendor obtenebrescere nobis videtur.

3. Ea ætate homines destillationibus obruuntur, verba enim, *antequam nubes reuertantur post pluuiam*, significant perpetuas fenum coryzas, quæ ex vaporibus crudis ob defectum caloris enatis & ascendentibus, in capite primum vt nubes coalescunt, deinde densatæ abeunt in destillationes. Cùm ergo assiduis quis conflictatur catarthis, nunc destillantibus, nunc recrudescentibus, perinde est ac cùm mox à pluuiâ aliæ nubes reuertuntur.

4. Alij quoque sensus & mouendi instrumenta fatiscunt, vnde ait: *Commonebuntur*

*ut custodes domus & nutant viri fortissimi.* Sensus corporis dicuntur custodes, quia ad custodiam dati sunt, ut accedētibus noxiis ijsque perceptis animal sibi caueat. Viri fortissimi dicuntur vis motiua cum suis instrumentis. Commouentur ergo custodes domus & nutant viri fortissimi cum sensus debilitantur, & crura & tibiæ præ corporis pondere vacillant exhaustis spiritibus animalibus, cerebroque refrigerato atque exsiccato secundum substantiam, multis verò excrementis obruto.

5. Totum corpus debilitatur ex defectu alimenti quod commodè illud ingeri non possit: ait enim: *otiosa etiam molentes in minuto (paruo) numero:* quia dentes excidunt senibus.

6. *Tenebescunt videntes per foramina,* hoc est facultas videndi per oculos, & *obsurdescunt filia carminis,* hoc est, facultates ille quæ carmen & voces excipiunt, & de faciei immutatione addit: claudent ostia in platea in humilitate vocis molentis. Facies platea dicitur corporis, quia in ea sensus omnes ut ostia ad plateam residēt,

&amp;

& omnis ad sentientem animam negotiatio pertinens ad eam confluit, omnes denique cordis affectus declarat, hinc Syca. 13. *Cor hominis immutat faciem illius siue in bona, siue in mala.* Senibus vero vox est humilis ob debilitatem facultatis, quæ mouet thoracem, quia ad edendam vocem vehemēti expiratione opus est. Claudunt ergo senes ostia in platea in humilitate vocis molentis, hoc est ut humilitatem vocis quam expirationis defectus parit & faciunt *rari molentes,* inopia enim dentium articulatam prononciationem vehementer impedit.

7. Ratio ex defectu somni, ob cerebri siccitatem, ait enim de senibus: *consurgens ad vocem volucris,* hoc est ad cantum galli?

2. *Quæ Ecclesiastes subiungit signa mortuū in senibus?*

1. *Excelsa timebunt in via,* hoc est, mens terrebatur ubi se homo in mortem præcipitem ire sentiet, 2. *starebit amygdalus,* hæc enim arbor omniū citissimè canescit, canescunt ergo caput & barba, 3. *impinguabitur locusta,*

locusta, intellige marina, quæ testacea crusta tegitur, Crescet callosa durities in cute quasi locustæ testa fiat. 4. *Dissipabitur capparitis.* Capparitis venerem intelligat, dissipatur morte appetente potentia & appetitus generandi. Emoriente verò virtute illa denunciatur homini quod addit: *tibi homo in domum aternitatis sue.* Exincto homine prodit sepulturæ pompa: *Circuibunt in plateis plangentes.* 6. mortis indicium est, membrorum dissolutio, designata per hæc verba: *antequam rumpatur funiculus argenteus,* hoc est, fiat paralyticus, & *recurrat* (hoc est, contrahatur cum cerebro & fiat caluitium ob cerebri ariditatem) *vitta aurea.* Spinalis medulla dicitur *funiculus* ob neruorum qui ex ea oriuntur distributionem; argenteus ob colorem quo imbuitur. Meninx seu vitta aurea est tenue cerebri inuolucrum, quod totum cerebrum instar vittæ ambit, constringit & continet. dicitur aurea ab vtilitate. 7. *antequam conteratur hydria super fontem, & confrigatur vasa super cisternam.* Urina exit primum guttatim quasi rupta hydria, cum senes laborat stranguria, post

sup-

supprimitur omnino quasi rota confracta super cisternam, fitque ischuria, cum nihil superest nisi vt reuertatur puluis in terram, &c. Hæc P. Ioa. Crombecius li. 1. de studio perfectionis c. 14. c. 11.

3. *Cur senes quidam videntur esse vixit dauera?*

Quia longa tabe consumpti, lurida exsæque sunt facie, & pallidis oculis in imas cauernas depressis;

4. *Qui pedetentim moriuntur?*

Alexis poëta comicus cum ob senium læte incederet, interrogatus quid faceret, respondit, pedetentim moriar. *κατὰ ποδὸς βῆσιν ἀποθνήσκω.*

5. *Quæ putantur senectutis mala?*

S. Hieron. proximo in 2. com. Amos respondet: istæ sunt crebræ infirmitates; pituita molestissima, quam Græcorum aliqui *κορὴν* alij *πλέγμα* nuncupant, caligantes oculi, acedentes cibi, tremēs interdum manus, nudi gingiuis dentes, & inter cibos cadentes; adhæc terminibus & aculeis stomachi, podagra & chiragrae doloribus



ribus sepè torquetur, ita vt ne stylum quidem aut calamum tenere queat, vt suis pedibus non possit incedere, magnaq; parte vitæ videatur esse truncata, & multis membris præmorta. Cum hæc ita se habeant, in malorum comparatione tolerabilius sustinebo morbos, dummodo vna & grauisima Domina libidine caream. Patitur quidem & senectus nonnunquam incentiua vitiorum, nullusque iuxta S. Martyrem Cyprianum, diu tutus est periculo proximus. Sed aliud est titillari aliud obrui voluptatibus, &c. capularis senex à capulo non feretro sic dictus, ita à non nemine describitur.

*Cui pes in tumulum iam pridem figitur altum,  
Lumina cui geminas ostentant agra lacernæ,  
Cui nares stillant, oculi stant, tactus oberrat,  
Aures surdesunt sapiens (dignoscendo sapores) sed lingua palato*

*Regnat adhuc vado cui lurida pro cute pellis.  
Corrugat faciem, cui plurima rufis anbelum  
Carnificat pectus —*

*Cui tantum in linguam virtus est susa dicacum.*

6. *Doce exemplis Deum iuuenilem atatem durioris exercere, senilem indulgentius.*

Eleazarus sub Antiocho dura quidem patiebatur, sed septem fratres multo duriora, lingua extorquetur, crines euelluntur, truncantur, in sartagine torrètur, &c. Apostoli (Act. 5.) contumelias aliquas, sed Stephanus adolescentior torrentem lapidum tolerat. cap. 7. Paulus adhuc adolescens in sua conuersione passus duriora quam cæteri, ter virgis &c. Sixtus dicebat Laurentio: Maiora tibi debentur pro Christo certamina, te quasi iuuenem gloriosior manet de tyranno triumphus.

7. *Cur florida adhuc atate bonis operibus incumbendum?*

Nam iuuentutis seruitia Deo sunt gratiora 1. quia iuuenum pœnitentia & discessio à voluptatibus maximè libera est, cum sponte vitia deserunt & voluptates, non autem ipsi à vitijs more senum deserantur. 2. quia ciuilius est dare Regi primitias, quàm cibos à serpente pragustatos aut

præmanfos. 3. qui senes incipiunt benè agere, illi præmanfos cibos & reliquias diaboli offerunt Deo, vel sequuntur Deum postquam diabolum, carnem, mundum seruitijs suis abundè satiarunt. 4. æquius est malum, equû, a sinum adhuc iuuenem onerare, quam iam senio fractum, & semper mollibus assuetum.

## CAPVT LXXXII.

## DE SPE.

I. *Quid confirmat nos in spe ac fiducia in Deum?*

**C**Hristus me diligit propter Patrem, & ut Patri obediat moritur pro me: Pater per merita & obedientiam Filij condonat mihi peccata. Cur ergo tali Filio talique Patri non confiderem? Obedientia Patri à Filio exhibita est causa amoris illius erga nos, nec aliam ob causam patet nobis Pater quam quia intercedit Filius, & hoc ipsum pro nobis meretur à Patre. Et quia Filius intuetur cor Patris diligit nos, quia sic eius requirit obedientia, & quoniam Pater vulnera & desiderium Filij

lij contemplatur, inde remedium auxilium & beatitudo nostra oriuntur, quia sic merita ipsius exigunt. S. Paulus ait ad Roman. *Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?*

2. *Quid mihi spem sistat (ac me sperare docet) cum res defluerit ipsa?*

*Aetherea volucres (quoad victum) depicta q̄q̄, lilia campis.* Matth. 6. *Respicite, &c.* 3. Reg. 17. Elias pascitur iussu Dei à coruis, qui tamen alijs pastum potius solent suffurari, torrente exsiccato per viduam Sareptanam mirabili modo fuit enutritus. S. Paulus primus Eremitarum 60. annis à coruo dimidiatum panem adferente pastus fuit. (S. Hieron.) superueniente S. Antonio integrum panem coruus illi attulit. v. apud Sur. Tom. 4. vitam S. Dominici Lib. 3. ca. 4.

3. *Cur summa sunt speranda?*

Notum est Prouerb. *ἀκρον λαβέ τ̄ μέσον* *ἔχεις.* summum cape & medium tenebis. Nam mediocribus potiemur cum summa rerum

rerum fastigia mente comprehensa tenuerimus. Noui desperationem in consilium tuarum cogitationū admittere, nihil præstare excellens poteris, nihil eximium, spem pro consiliario sume, & ad res magnas mente comprehendas, re præstandas excitabere; apud Cassiod. lib. 2. var. ep. 2. Theodoricus Rex Felici, celsos, inquit, cursus nisi confidentia magna non appetit, dum generosi animi est optare quod summum est; audentes facit homines fiducia sua, quia se non patitur oculere quem præcipit natura prodire. Spartanorum Dux ad milites metu consternatos. Fidite, inquit, nondum Iupiter ceruicem obliquam habet. Ouid. in Heroidibus Epist. 11. *Spes bona dat vires animum quoq; spes bona firmat, viuere spe vidi qui moriturus erat.*

4. *Quid est omnium communissimum?*

Thales hoc rogatus respondit, Spes, quibus enim non adest ipsa quibus desunt omnia? vt narent in conuiuio 7. Sapientum Plutar.

3. *Quid maximè spem nostram firmat & corroborat?*

S. Bern.

S. Bern. in cant. ser. 16. Fidenter quod ex me mihi deest vsurpo mihi ex visceribus Domini, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina per quæ effluant; patet arcanum cordis per foramina corporis, patet illud magnum pietatis sacrarium; patent viscera misericordiæ DEI nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto. &c. Peccaui peccatum grande, turbabitur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam vulnerum DOMINI recordabor. serm. 22. in cant. Deficiente sapientia, iustitia non sufficiente, sanctitatis succumbentibus meritis, illa succurrit (passio.)

Certè Christi caput in cruce inclinatum est ad osculandum, cor per os illud ad diligendum, brachia protensa ad amplexandum, palmæ perterebratæ ad liberaliter largiendum, corpus totum expositum ad omnes liberandum.

CAPVT LXXXIII.

DE SVPERBIA.

1. *Quæ faciunt multos superbos?*

Consua

**C**ensus, nobilitas, vox, fama, scientia, virtus,  
Robur, honor, species, successus, victus, ami-  
ctus,

Recta valetudo, pietas & mentis acumen,  
Hac plerumq; solent hominem prestare superbū.

2. Cur superbi permissu Dei interdum in gra-  
uissima incidunt peccata?

S. Aug. de ciuit. Dei li. 14. ca. 13. & lib.  
3. de supr. bono: Audeo dicere superbis  
esse vtile cadere in aliquid apertum ma-  
nifestumque peccatum vnde sibi displice-  
ant, quo iam sibi placendo ceciderant.  
Salubrius enim potius sibi displicuit quā-  
do fleuit, quam sibi placuit quando præ-  
sumpsit. Isid. Sæpè atrogantibus est vtile  
derelinqui à Deo, vt agnoscentes infirmi-  
tatem suam post casum se humiliēt. Matt.  
26. Psal. 52. imple facies, &c. Superbia He-  
rodis Act. 12. Antiochi 2. Machab 9. pu-  
nitur.

3. Quid docet hoc symbolum? maiores superbus,  
minores mæstus?

Ad minuendum superbiam quemque  
spectare præstantiores se in eo, quo intui-  
mescit

mescit; ad leniendum merorem infelicio-  
res in eo, de quo tristatur.

4. Quid hoc, Turpe gigantum in vano?

Turpissimum esse, in pusillo, fragili, &  
infirmitate corpore hominis animum esse,  
qui superbia cælos etiam contingat.

5. Quis docet hic mundi fastus calcare superbos?

Putrida humatorum graueolentibus ossa se-  
pulchris. Ossa arida & sepulchra sunt præce-  
ptores nostri. Tremenda hæc est schola,  
magistri admirabiles, multa docentes licet  
filentes. Hæc est lectio quam viuus inge-  
minant mortui. Gene. 3. Memento homo quia  
pulis es, & in puluerem reuerteris. Syr. 28. Mibi  
heri, &c. Huic lectioni inuigilanti, qui  
tam pompose vel basilicè incedunt, vt pla-  
tearum laxitas angusta eis sit præ fastu.

CAPVT LXXXIV.

DE SOLITVDINE SEV VI-  
TA SOLITARIA.

1. A quibus bellis liberati sunt solitarij?

D. Antonius aiebat eos à tribus bellis  
esse

esse liberatos, visus, auditus, locutionis, remanere eis pugnam cordis propter demones infestantes?

2. Cur amanda solitudo?

Greg. hom. 9. in Ezech. infirmi debent vitare societatem prauorum, ne mala quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, delectentur imitari.

3. Quis publicam & negotiosam vitam mortem: solitariam verè vitam arbitrabatur?

Similius de quo Dion. in vita Adriani Imperator. refert eum fuisse ducem Imp. maximè familiarem, gloriosi nominis, ac virtute, autoritate, prætoria olim dignitate, nobilitate, modestia, prudentia, rerum experientia illustrem, audacem, liberum in verbis, fortem, belli militiæq; insignem. Is multis Romanæ curiæ vndis inuoluebatur, ac tandem meditatus exitum ab illo labyrintho, curarum publicarum prætura iam senex excessit, & procul ab vrbe Roma habitauit in sua ædícula, ibique notus multis, sed paucis familia-

miliaris vixit septennium. Vicinus ergo iam morti inscribi iussit sepulchro: *Hic iacet Similius, qui annos fuit, & tantum septennio vixit, quod annos actos in curia & publico periisse, priuatim actos verè vixisse se æstimaret.* Ut enim liquor infusus vasi pleno rimarum hæc illac effluit: ita vita, quæ in tot & tam variis negotiis consumitur perit.

4. Quid monet solitarios vel monachos nomen monachi?

Ut sint soli, & virent turbam. Hiero. ad Helio. & ut monadi, hoc est, diuinitati soli placere contendant, relictis visibilibus, inde enim monachos appellari tradit Dionys. Arcopag. c. 6. Eccl. Hierar.

5. Cur monasterium aptissimum est pugna?

1. Ob varia diuerticula ad hostem declinandum. Si in horto tentaris cellam adire potes; si in cella, templum; si in templo bibliothecam; si legens, cantare potes; si solus, adfunt socij; si in societate, in cella solus esse potes; si ibi solus esse non potes, adfunt sancti libri, solatium

& societas optima; si loquens, silentium habes; si filens, datur colloquium, &c. 2. ob auxilia exemplorum, consiliorum, orationum seu precum. 3. ob pauciora offendicula, S. Augu. de sing. cler. minus voluptatibus stimulat, qui non est ubi adest frequentia voluptatum, & mitius auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non videt.

6. Cur Monacho non versandum cum seculi hominibus?

1. Ob pericula vel labendi in similia peccata, vel turpiter ruminandi turpia visa, audita, &c. vel alios temerè iudicandi. Ioan. Clim. scalæ par. gr. 3. Qui post abrenunciationem cum secularibus versatur, siue iuxta illos commanet, prorsus aut in eosdem laqueos incidet, aut cor in eiusmodi cogitatione inquinabit, aut certè si non inquinatus fuerit, eos qui inquinantur iudicans atque condemnans, & ipse inquinabitur. Basil. in qq. fufe disputatis qu. 6. in seculo qui plurimorum peccata videt in comparatione deteriorū se optimè vitam agere existimat. Chrysoft. homil. 36. oper.

oper. imp. in Matth. Sicut difficile est arborem iuxta viam sitam fructus suos vsque ad maturitatem seruare, sic difficile est virum fidelem iuxta istum mundum viuentem in suis operibus immaculatam iustitiam vsq. ad finem tenere. Recede ergo de via, & plantare in loca secreta. Immo vt arbor publica non solum arroditur à bestiis, læditur à curribus, spoliatur à viatoribus, sed sepe iustus lapidum temerè iactantium lædunt fortuitò alias quoque fructiferas in horti meditullio plantatas: ita monachus seculum frequentans non solum ipse periclitatur, sed & aliis rediens est causa periculi. Hinc B. Athana. ait: Antonium Abbatem Alex. ferunt solitum dicere, nò expedire Christi seruos eorum qui seculo seruiunt domos frequentare, aut consuetudine vti. Sicut enim pisces de aqua eductos, continuo languescere & emori solere videmus: ita monachum extra cœnobij septa vagantem, si quicquam confabulationi vocauerit alienorum, ad cordis tepiditatem redigi, & circa spiritualia exercenda effici tardiozem.

## DE POENIS ET TRIBVLATIONIBVS.

1. Vnde dictum est vocabulum tribulatio?

**A** Nomine tribulus, quod est genus cardui, vel tribula, instrumēto quo vtuntur agricolæ ad segregandum triticum à palea. Vide P. Petrum Ribad. de tribul. li. 1. cap. 1.

2. Cur Ecclesiasticus cap. 2. vocat omnem iniquitatem romphaam bis acutam. & asserit plaga illius non esse sanitatem?

Quia obligat ad pœnam temporaneam & æternam, neque sanari potest nostris, nec vllis naturæ viribus nisi Deus per merito pretiosi sanguinis sui Filij succurrat. Hinc subiungit viam peccantium esse cōplanatam lapidibus, seu esse saxosam, hoc est peccatores in hoc mundo ambulare in magnis ærumnis, & finem illos manentem esse infernum plenum pœnis ac tenebris. Job cap. 7. Tribulationem æternam vocat septimam.

3. Cur

3. Cur Deus permisit optimum Tobiam cecum fieri, & ab impijs affligi?

Tob. 12. ait Raphaël: quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. 2. Voluit Deus vt patientiâ sua posteris daret exemplum, idem dicendum de S. Iob.

4. Quid consolabitur nos in tribulationibus?

Fr. Henricus Suso Dominicanus varijs molestijs afflictus, & crebris desolationibus exercitatus dixit: Si labores & calamitates tolerantibus gloria proposita est sempiterna, quid moramur? Compariamur vt conregnemus, crucifigamur cum Christo, vt & conglorificemur. Dixerat enim antea ei Christus: Si cruci te affigerem, non propterea despondere animum, aut cogitare, qua ratione liberari posses, quin potius te ad illum, & ad aliud quodcumque supplicium, patienter pro nomine meo tolerandum preparare deberes. Sancta Catharina Senensis plurimis & grauissimis toleratis ac superatis angustijs & tentationibus, ad Christum cum B. dicebat Antonio: Deus meus & saluator meus, vbi latebas quando te vocabam, & quare me dereliquebas? Cui Dominus: Non sola eras dilecta mea, quia antequam me

vocares aderam, antequam quæreres ad stabam; cum pugnares auxiliaber, congaudens & cōgratulans tibi de victoria, neque enim laboribus sed patientia feruorum delector. Postmodum perfecta à Deo consolata dicebat: In manibus Domini mors est vita, morbus sanitas, labor requies, & infernus paradysus. S. August. in manuali ait: Omnia si oporteret nos quotidie tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tempore tolerare, vt Christum in gloria sua videre possemus, & sanctis eius sociari, nonne dignum esset pati omne quod triste est, vt tanti boni tantæq; gloriæ participes habeamur?

5. Cur Seneca lib. de pro. c. 3. afferit: Nihil sibi videri infelicius eo cui nihil euenit vniquam aduersi?

Quia, vt addit, non licuit illi se experiri, & c. 4. ait: Miserum te iudico quod nunquam fuisti miser, transisti sine aduersario vitam. Nemo sciet quid potueris ne tu quidem ipse, opus est enim ad notitiam sui experimento, quid quisque possit, nisi tentando non didicit.

6. Quare

6. Quare Deus quos diligit flagellis hic erudit?

Ne pœnis excrucientur æternis.

7. Præcipe alexicakon præsens, mala vt obuia pelam, seu quæ sunt presentissima in aduersis remedia?

*Crux formata manu, precis igneum ac missile telum, hoc est signum Crucis & breuis atque efficax oratio.*

8. Cur periti rerum aestimatores amant tribulationes?

1. Quia Christo Domino nostro per earum tolerantiam, quoad fieri potest, assimilantur. non minimæ enim est dignitatis veste eadem, quam ipse specialiter elegit, amiciri. 2. quia admodum rarus diuitiarum thesaurus despiciato hoc velamine cōtectus acquiritur. Sic & natura optima & præstantissima quæque exterius non admodum pulchro gratoq; velamine textit, ac quasi occultauit, aurum, argentum, aliæque metalla & lapides pretiosos ita in terra secreta recondidit, vt eruta etiam terræ referant exterius speciem. Vniones, gemmæ & lapides pretiosi partim in conchili-



bus & limacibus, partim bufonibus, & id genus in amcenis bestiolis reperiuntur, & prima fronte vilia & visu ingrata videntur. Ita omnia ferè aromatum genera si exteriori consideres corticem, intus vero hæc omnia pulchra pretiosa & efficacia sūt.

3. Quia ope horum ventorum felici nauigatione portus vitæ cælestis tandem obtinetur, (vidè locum de iniur.)

4. Quanto maiores & copiosiores difficultates nos exercent, tanto nos Deo, & portui quem petimus, reddunt propinquiores, sicut quo altiores erant aquæ diluuij, eo arcam Noë, omnesque qui in ea erant, ad cælum excelsius euehebant. Pius tumentes tribulationum vndas velut calcans, & ventorum insurgentium procellis in bonum vtens, magnum ad gloriæ coronam compendium facit. Ecclesia canit: Omnes Sancti quanta passi sunt tormenta, vt securi peruenirent ad palmam, & æternæ gloriæ coronam.

9. Quo serax afflictis inopino turbine rebu?

Mentem aduerte Deo, melior aq̄ præcipe votis,  
hoc est, conuerte te ad Deum, nec solum in me-

melius mores corrigito, sed etiam concipe meliorem spem, & bono esto animo. ita S. Paulus Act. 27. in præsentissimo naufragij periculo ad Deum omnes conuertit, & bono esse animo hortabatur, & factum est, vt omnes animæ euaderent ad terram. sic & Sara Tob. 3. ad Deum confugit, quando eam ancilla septem virorum interfetricem appellabat, & solidam accepit consolationem Tobix Angeli ministerio in vxorem data. Psal. 90. *Cum ipso sum, &c.* D. Remig. Dei spiritu reuelante cognoscens secuturam anno sequenti magnâ annonæ caritatem, secutus S. Ioseph prouidentiam, multos in villis Episcopij acervos tritici, (quos metas vocant) fecit, vt populo fame laboraturo inde subueniret. Impij verò homines dominica quâdã die inebriati ceperunt inter se dicere. Quid ille iubilus (sic enim appellabatur propter longævâ senectâ Remig.) facere vult de illis metis quas cõgregavit, &c. suadete diabolo, se mutuo adhortati sūt, vt igne in eas iniceret, quod cū S. Remig. celeri nũcio esset relatũ, ascendit equum & accurrit, vt tãtam hominum

temerarium vefaniam compesceret: at cum eò peruenit, iam acerui omnes ardebant. Beatus autem Remigius & ætate & vespertino algore frigidior, de equo descendens, se eminus calefacere cœpit, tranquillo corde & ore dicens: Semper bonus est focus; itaque ex necessitate virtutem faciebat.

10. *Augeturne virtus laceffita?*

Omnia perficiuntur exercitio, orator dicendi exercitatione, nauta crebris procellis, miles crebris præliis. Nox percussionibus fructuosior, & palma pondere, versus a sinuque içibus inter incudem & malleum agitata obdurantur.

CAPVT LXXXVI.

DE TEMPORE.

I. *Quid significat vetus oraculum: Tempori pare?*

**Q**uod vnusquisque accommodare se debeat tempori, nec sperare coacturum se tempora vt suis rebus seruiant, ipse potius præfenti rerum statui subseruiat.

uiat. Aliud est: *Tempori parce*, quod docet, temporis parcos debere esse dispensatores, non prodigos temporis. huc spectat illud: *magno vendendum tempus.*

2. *Cur tempus fallentes, se fallunt?*

Quia magnum momentum à quo pendet æternitas. Vnius momenti opportunè tempore gratiæ impensi meritò nõ solum possumus luctuosam & lamentabilem gehennæ æternitatem redimere & euadere, sed & æternam illam beatitudinem & beatam æternitatem promereri.

CAPVT LXXXVII.

DE TRISTITIA.

I. *Quodnam est optimum contra tristitiam remedium?*

**A** peccatis abstinere. contrà, summam tristitiam generat pressum tacito subpectore vulnus.

2. *Cur tristitia fugienda?*

Prou. 17. *animus gaudens atatem floridam facit, spiritus autem tristis exsiccatur ossa.* Prou. 25. *Sicut tineæ vestimento & vermis ligno, ita*

stitia viri nocet corâi. Syr. 14. *Felix qui non habuit animi sui tristitiam.* S. Chrysoft. ep. ad Olymp. Tristitia animarum crudele tormentum est, &c.

3. *Cur in rebus aduersis moderatè legendum est?*

Senec. lib. de consol. ad Polyb. cap. 23. moderatè id fieri debet quod sæpè faciendum est, & respicientes quantum à tergo rerum tristium immineat, si non finire lacrymas, at certè reseruare debemus.

CAPVT LXXXVIII.

DE TENTATIONIBVS.

1. *Cur Deus nos tentat?*

**V**T crudiat, tentatus se cognoscat, vel ab alijs cognoscatur. Tentauit Abraham vt eius fides & obedientia innotesceret (Gen. 22.) Christus tētauit Philippum vt defectum panum ei manifestum redderet. Ioan. 6. Iudith 8. Tentati sunt patres nostri vt probarentur, si verè colerent Deum suum, &c.

2. *Cur S. Iacob c. 1. asserit Deum neminem tentare?*

Quia nō tentat vt decipiat, & in malum ducat, vel vt Deus experientiam de aliquo sumat, cum sint ei omnia notissima.

3. *Qui sunt principes fructus tentationum?*

1. Confirmant humilitatem, & elationem pellunt. 2. Cor. 12. *Ne magnitudo reuelat, &c.* 2. multiplicant bona ipiritualia. 1. Cor. 19. *Deus facit cum tentatione prouentum.* Iob. vlt. 3. pariunt consolationem, cum enim homo vicit tentationem gratia cœlestis eum confortat Apoc. 2. *Vincti dabo manna.* Cum Christus tentationem diaboli superasset, accesserunt Angeli & ministrabant ei. Matt. 4. Sara vxor Tobix ait: *post tempestatem tranquillum facis.* &c. Tob. 3. 4. augent profectum animæ spiritualem, qui enim se impugnari sentit ad repugnandum incenditur. 5. merita & coronam in cœlis augent. 2. Cor. 2. *Nemo coronatur, &c.* 6. Tentato conferunt spem quod placeat DEO & ini-

mico sit exosus. 7. faciunt hominem ad Deum cōfugere & subsidium petere. Psal. 106. *Clamauerunt*, &c. 8. inducit hominem ad sui cognitionem. Esai. 28. *Vexatio dat intellectum*. Eccl. 34. *qui non est tentatus quid scit?*

4. *Quibus cornibus diabolus hominem petit?*

Aggreditur animam per suas portas, seu quinque potentias, hoc est, sensus exteriores, & quinque interiores, phantasiā, memoriā, intellectum, rationem, quæ est actus intellectus, & appetitum sensualem. Consule tract. Petri Binsfeldij de tentationibus & earum remedijs.

5. *Quæ est maxima tentatio?*

S. August. in præf. Psal. 144. Non est maior tentatio, quam nulla tēratione pulsari. Et D. Greg. lib. 33. mor. ca. 8. & lib. 24. c. 12. Eos pulsare hostis negligit, quos quieto iure se possidere sentit.

6. *Quo in omni tentatione fugiendum?*

Ad gratiam & opem DEI. Cum cogitationes Saræ Abbatisæ Thebaidis ad libidinem incitare soleret diabolicę malignitatis

tatis suggestio, nunquam illa vt recederet tentatio orauerat, sed vt illa assidue oppugnaret, & ipsa semper vinceret. in hoc carnalis lasciuia bello per annos tredecim fortiter contendit; sed tandem aliquanto acrius impugnata quam vt sustinere posset clamauit ad Dominum Iesum Christum, & superauit inimicum, ita vt oranti apparens demon diceret, vicisti me Sara, vicisti at illa nihil sibi ex hoc laudis vendicans, *non ego*, inquit, *vicite sed Dominus meus Iesus*. S. Chryf. sup. Gen. Gratia Dei murus inexpugnabilis. S. Aug. sup. Ep. ad Rom. Homo tunc peccatis vincitur dum viribus suis iustè viuere conatur sine adiutorio liberantis gratiæ Dei.

7. *Quomodo diaboli tentationes facile superantur?*

Si primus eius impetus frangatur, seu primæ suggestioni resistatur. S. Chryso. in Matth. Quanto plus percussus (diabolus) fuerit, tanto magis refrigescit. S. Greg. *Eadem mara qua nutritur* (tentatio) *armatur*. Diabolus similis est Cisalpinis & Gallis

Gallis quorum primi insultus ferocissimi sunt, sed repulsi, laxissimi & lentissimi.

8. *Cur S. Iob. c. 7. vitam hominis super terram vocat militiam, seu vt alij legunt tentationem, Græcè πρὸς ἀγῶν tentatorium seu receptaculum eorum quæ hominem tentant?*

Quia vt S. Greg. ait, tres hostes in hoc mundo nos infestant, mundus tanquam Siren dulcis nauigantes submergit, caro tanquam Dalila blandiens Sampsonem alligat, diabolus tanquam leo rugiens viatorem interimat. Caro luxuriam, mundus auaritiam, diabolus ingerit superbiam. S. Bern. Caro suggerit mihi mollia, mundus vana, diabolus amara.

9. *Quibus manibus nos impugnat caro?*

Gula & luxuria, arma eius blandæ sunt voluptates.

10. *Quid in tentationibus nos consolabitur?*

1. Innocent. Non desperet qui tentatur quia tentatus & Saluator. 2. quod auget nostras virtutes. Isid. de sum. 60. li. 3. ca. 5

cap. 5. Diabolus per suas tentationes sanctorum profectibus seruit, etsi nolens, presertim quando eos non decipit, sed erudit. Nam tentationes, quas ille ad humanum interitum mouet, interdum Christus ad exercitium virtutum salubri utilitate conuertit. Gregor. hom. 9. in Ezech. Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet. Ambros. tolle pugnam & non erit victoria, tolle victoriam & non erit corona. 3. ducunt nos in nostræ infirmitatis cognitionem. Aug. in Psal. 60. vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine peccato, sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostram fit, neque sibi quisquam innotescit nisi tentatus. Beda sup. Matth. vtile est sanctis tentationum flammis examinari, vt vel tentati, quia fortes fuerunt appareant, vel cognita per tentationes sua infirmitate, fortiores fieri discant. 4. efficiunt vt virtutes nostræ aliis innotescant & ab alijs in exemplum trahantur. Theodoretus lib. 3. curat. Creditus Deum non sustulisse creptum semel inter homines

dæmonasque cerramen, vt ea colluctatio pugiles fortissimos proderet, eaque occasione plurima virtutis ederentur exēpla. Greg. in præfat. expof. Iob. c. 5. Iob sum. mis virtutibus fultus sibi notus erat & Deo, qui si non flagellaretur, à nobis non agnosceretur. Virtus quippe etiam per quietem se exercuit, sed virtutis opinio commota per flagella fragrauit. Et qui quietus in seipso quod erat cōtinuit, commotus ad notitiam omnium odorem suæ fortitudinis asperfit. Sicut enim vnguenta nisi commota, redolere latius nesciūt, &c. aromata cum incenduntur, &c. 5. procellæ tentationum cogunt diligentius orare & ieiunare, vt i metus hostium cogit ciuitates studiosius muris telisque muniri. 6. faciūt nos peccātibus aliis cōdolere ac compati, apud Cassian. in collat. c. 2. senex quidam tentatur, quia non fuerat compassus tentato adolescenti. Heb. 2. de Christo: *debit per omnia a simulari fratribus vt misericors fieret.* c. 4. *Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia, &c.*

II. *Cur sanctus viuere statuentes maxime tentantur?*

Quia inexercitatus adhuc miles facile vincitur, & Rex non aduersus subditos, sed rebelles nationes bella mouet. Romanis erat in more, *parcere subiectis & debellare superbos.* Pharao & tota Aegyptus ad arma conclamarunt Israëlitis meditantibus abicum & fugientibus. S. Chrysof. tom. 2. hom. 13. in 4. Matth. *Neg. enim aduersus te diabolus irrueret, nisi in maiori te positum honore conspiceret.* Hinc enim aduersus Adam insurrexit ab initio, quia multa illum dignitate vidit conspicuum. Fures non perfodiunt domos tenuis fortunæ hominum, sed Cræorum. S. Franciscus ne opinione sanctitatis efferretur, aiebat: *Possum adhuc habere filios & filias.*

II. *Licetne sponte adire tentationes?*

Chrysof. hom. 13. in Matt. 4. propterea, ait, non eum vltro disse in eremum, sed à Spiritu S. ductum esse Iesum commemorat; &c. vt apertissime signatum esse videamus, quia non sponte nos ipsos in tentationes oporteat insilire, sed si contra-

*Et fuerimus viriliter repugnare.* Certè fortior hostis non est irruendus, cum prouocatus ferè sit fortior seipso sponte irruente, & de gratia adiutricis certi non sumus, & qui amat periculum peribit in illo.

13. *Cur diabolus maximè tentat probos?*

Vt eos ab aliorum auxilio reuocet quos docendo, consolendo &c. iuant, & hac ratione infirmiores desertos facilius vincat. Greg. Fir plerumque vt hostes callidi, Dei militem terribilius in semetipso tentent, quanto eum præualere in corde alieno vident, vt dum illum ad se tuendum reuocant, liberius aliena corda inuadant.

Stratagematicum est inuadere fines Regis alteri consederati, vt ad suos fines custodiendos reuocet militem suum à castris alterius, cui auxilio esse decreuerat. v. monomachiam Christi & Luciferi, (Matt. 4) à E. Philippo Boskhiero Franciscano 40. concionum notis illustratam. Idem scripsit theatrum patientiæ seu 40. concil. notas in passionem Domini.

CAPVT LXXXIX.  
DE TEMPERANTIA.

1. *Quid potissimum confert valetudini?*

**T**emperantia. Nam gula plus noxæ quam color entis habet. Qui cupit valere eum oportet obseruare quantum cibi & potus, quo tempore & cuius generis accipiendum sit; quæ in re plurimum valet prudentia. Vnde vulgo dicitur: Solus sapiens longæuus est. Præsentissimum contra omnes morbos ante repertam medicinam remedium erat ieiunium. 1. Cic. 2. de offic. Valetudo sustentatur notitia sui corporis (temperantia,) 2 & obseruatione earum quæ aut prodesse valeant aut obesse, 3. & continentia in victu omni atque cultu corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus, 4. postremo arte eorum quorum ad scientiam hæc pertinent.

2. *Qui temperantes habent optimos coquos?*

Plutarch. de fort. Alex. & in apohp. ait. Cum Ada Cariæ regina & delicatissima ab-

obsonia, & coquos misisset experientissimos, respondit Alexander remittere coquos, apud se meliores esse, illos quos sibi puero pædagogus Leonides compararat, hoc est, vt ad prandium *νοκτιπορεία*, id est antelucano itinere vteretur, & *ἐλιγαρισία*, id est modesto prandio ad cœnam. Sabellicus lib. 4. Enne. 4.

3. *Quæ erant forma comedendi apud Romanos?*

Tentaculum sic dictum quia frangit ieiunium. 2. prandium, quia ad bellum milites parat, vel quasi prandium quia sumere oportet quæ parata sunt. 3. merenda quia post meridiem edenda. 4. cœna, quia vesperi omnes eiusdem familiæ *κοινῆ* cibum sumpturi in vnum conueniebant, panem atque obsonium habentes, nam mane obsonium noo adhibebatur.

CAPVT XC.

DE VITA.

1. *Quid docet hoc symbolum: Viue vt possis viuas?*

Sic esse hic viuendum, vt ad alteram per-

perueniamus meliorem, atque adeo veram vitam. Nam præsens vita quid aliud est quàm peregrinatio?

2. *Quid hoc: certum in incerto?*

In hac incerta vita parandam esse virtutem certissimam possessionem, & intuendam vitam immortalem, vel cogitandam certam mortem, vanas & incertas spes & sollicitudines dimittendas esse.

3. *Quid hoc: non refert quàm, sed quò?*

Nihil referre quàm transeamus in hac peregrinatione vitæ, sed quò perueniamus, in omni enim loco & fortuna licet rectè agere.

4. *Quæ animalia sunt viuacissima?*

Omnium diutissime viuic homo, excepto elephante. Arist. li. 4. de generat. Hesiodus cornicibus nouem hominis ætates attribuit, & quadruplum ceruicis.

5. *Cum dissecantur & ramis spoliantur salices, viuunt tamen ita succisa, & iterum germinant: at cur demesse getes frumenti & stipula non regerminant?*



Illud fit, quia principium vitæ integrum retinent, ac radicem viuentem, quæ & alimentum capit & nutritur, idem fit in fraxino, alno, arbutis plurimis, in gramine & multis oleribus. Hoc verò fit, quia post maturitatem & messem radix arefcit, vitamque penitus amittit, cum natura & spõte sua sint ἑραχύβιον, id est, breuioris vitæ ista plantæ.

6. *Qui potest quis diu viuere?*

Democritus respondebat: *si intus habeat mel* (nullas perturbationes) *foris oleum* (exercitium corporis, vitet otium.)

## CAPVT XCI. DE VESTIBVS.

1. *Quomodo vestis sape facit virum?*

**C**VM vesti honor habetur, qui non haberetur ei qui veste amicitur, si agnosceretur. Aegrè tulit præstantissimus I. C. Ioan. à Lignano honorem haberi vestis, non virtuti, aut dignitati. Nam in nuptiis ad quas cum multis fuerat inuitatus, quia humiliores erat vestitu, in postrema

loca

loca coniectus vocato famulo, *Vestem*, inquit, *ad me pretiosam domo adfer*; allatam ille de conuiuio surgens reposuit suo in loco, discessitque hoc sermone vsus: *vestem honorasti, vestem habetote*. Vidus Pancirola I. C. li. de Iurisconsultis.

2. *Vnde habuit Deus vestes pelliceas, quibus vestiuit Adamum & Euam, Gen. 3.?*

Non ex animalibus occisis, quia paulo ante creauerat masculum & feminam, nec adhuc vlli erant partus, nec animalia iugulari præcepit, quia necdum esus carniū erat permissus, neque creauit, quia homine creato desit quicquam creare, cum in ipso creationem vniuersi concluderet. Sed omnium creatori nihil deerat.

## CAPVT XCII. DE VINO.

1. *Potestne vinum refrigerare, & interficere macilentos?*

**H**OMINES macilenti & strigosi, vel quorum habitus corporis extenuari incipit, si vina meraca, qualia sunt antiqua & fortia copiosius, & ad ebrietatem vsque bibant,

P 2

libant,

bibant, non solum magis citiusque macie torridi fiunt, & tabescunt, sed etiam facile moriuntur. Et qui ebriosi sunt, deditique potationibus etsi macilento, raro, tenuisque corpore præditi non sint, sed firmo, carnosoque, tamen consuetudine ista sua effugere non possunt maiorem præternaturalem siccitatem.

Sicut cicuta recepta in corpus, non statim & vi celeri homines vita orbat, sed paulatim frigiditate sua congelationem calidi humidique nativi inducit: ita vinum potens etiam non subito & valde manifestè, sed paulatim & tanquam per gradus quosdam calorem naturalem corporis absumit; non quidem frigiditate, sicut cicuta, lentam extinctionem inducendo, sed caliditate sua lentam tabem, vnde consumpto calore mortem sequi necesse est, aut siccitatem saltem præternaturalem in robustioribus ac spissioribus corporibus, quæ nondum macilenta erant vel tabida. Qui enim tabe deformes sunt, vel atrophia laborant, vel macilentam <sup>et</sup> habent, ij non bene nutriuntur, in iisque humidum

nati-

nativum evidenter minus incipit. Ad quam diminutionem si etiam accedat vini calidissimi & deliccantis immoderatus usus, cito amittitur ac deperditur totum humidum ac consequenter vita ipsa. His verò etiam non extenuati tandem similes evadunt, nisi desinant eo modo (qui non est modus) bibere.

Aristoteles modum quo vinum tandem nativum calorem extabefacit, ostendit exemplo flammæ. Hæc naturaliter movetur sursum, dumque minor flamma movetur versus peripheriam seu circumferentiam, & habet circum se aliam flammam maximam, attrahitur alimentum minoris à maiori, & ita præripitur minori, quæ propter hunc defectum necessario deinde evanescit, atque exstinguitur, cum desit materia ex qua generatio eius continetur. Sic calor vini potentis magna quantitate hausti, longe fortior atque maior est quam calor noster nativus præsertim in hominibus extenuatis, Præripit igitur proprium alimentum calori, idque pro se quasi absumet: vnde fit ut nativus extabef-

cat & pereat, vt Galenus ait, cùm flamma miner à centro versus ambitum fertur, tum à fortiore & maiore ita attenuatur, rarefit, & dissipatur vt euanescat & intereat: ita dicere possumus calorem nostrum quando se diffundit, mouet que à centro, hoc est à corde ad ambitum, hoc est, per vniuersas corporis partes etiam extremas, tum à valido & fortissimo vini hausti calore inuadi, rarefieri, dissipari, corrumpi & extinguere, ne ad cor (quod fons vitæ est) redire denuo, & recreari possit.

CAPVT XCIII.  
DE VERITATE.

1. *Quid erubescit abscondi?*

**V**eritas, Eurip. κλεπῶν ἢ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς. furibus nox, sed veritati lux grata est.

2. *Cur veritas dicitur temporis filia?*

Quia verum quod diu latuit procedente tempore apparet, ne quis fidat mendacio, vel putet in occulto veritatem semper fore. Huc pertinent illa: *Lupus mendacio tem-*

pus,

pus, quia vorat & absomit, vel paulatim euanelcit mendacium. *Veritas premitur, non opprimitur*, seu verum laborat, sed tamen eluctatur: *Mendacio comites tenebrae*. Tandem cùm obscuratur; tū & amat tenebras quibus se tueatur, & comes virtutis splendor.

CAPVT XCIV.  
DE VIRTUTE.

1. *Cur virtus dicitur sustentaculum naturæ?*

**Q**uia infirma sunt sine virtute, quæcunque vel exterius contingunt, vel corpori, hinc illa symbola: *Tibicen fortuna est virtus, & virtus instar omnium*, quia qui eam habet, nulla re ad bene viuendum indiget.

2. *Quid monet illud symbolum: In virtute oculi & manus?*

Virtutem & inspiciendam & agendam seu exercendam esse.

3. *Quid illud: in virtute delphinus?*

Non debere nos differre bene agere, sed vti in eo aggrediendo magna celeritate. Narrant enim nullum animalium celerius esse delphino.

4. *Quomodo virtus crescit?*

Aduersis, seu inimicitiis fortunæ, tanquam materia suorum incrementorum. Hinc illud: *Virtus exercetur, nõ perit. & illud: Virtus generosa statu accenditur.* Quod intelligi potest, vel de flatu iratæ fortunæ, vel de laude.

5. *Quid docet illud: Vicit vim virtus?*

Virtutem vt Deo cognatam omnes hominum vires infringere.

6. *Quid illud; Stravit fortunam virtus?*

Potioſem eſſe virtutem opibus & caſibus fortuitis, hinc magni & excellentes virtute viri humanos caſus ſublimes & inreperidi calcârunt.

7. *Quid; Bonus bonis & malis: malus nec bonis nec malis?*

Subaudi, charus eſt.

8. *Quibus verbis commendat nobis Salomon quatuor virtutes Cardinales ſeu principales. Sap. 8. v. 7.*

Postquam recensuit eas velut cæterarum

tum fundamentum & cardines, ſobrietatem, prudẽtiã, iuſtitiam & virtutem ſeu fortitudinem, ſubiungit: *quibus nihil eſt vitius in vita hominibus.*

9. *Virum virtus eſt dulcis, an verò amara?*

Si qua in illius principio percipitur amaritudo, illa non tam in iſſis virtutibus bonisq̃ue operibus eſt, quam in noſtro palato febricitantium inſtar corrupto. Et licet in virtutum, vt ita dicam, cortice aliquid acerbicatis inſit, tamen ipſæ dulces ſunt, atque adeo dulciores melle & ſaccharo. Nux, vel nucleus eius dulci membrulam habet amaram, teſtam duram, & corticem amariffimum. Dulcia non meruit, qui non guſtauit amara.

10. *Quid magis Chriſtiadas virtutis ad ardua ducit?*

Concio, ritè piare animum & ſacroſancta ſynaxis. S. Auguſtini ſuper Pſalm. 119. & ſerm. 15. de verb. Apoſt. Quantumcunq̃ profecerimus nemo dicat, ſufficit mihi, iuſtus ſum. Qui hoc dixit, remanſit in via, non nouit peruenire; vbi dixit, ſufficit mihi,

ibi hæsit. Sanctus Bernardus epistola 253. *Nolle proficere non nisi deficere est, non progredi est regredi.* Qui autem ad virtutis arcem contendit, tria prædicta strenuè exerceat.

II. *Cur ad virtutis arcem contendenti obloquia hominum & iudicia temeraria sunt contemnenda?*

Quia similitudo improprij indubitata laus est, & verum improprium in virtutem & probitatem non cadit. Hinc eiusmodi subsannatores in inferno positi. *Hi sunt*, (inquiunt) &c. Sapient. 5. *Tantum abest, vt ob cauillos gannitusque mundanorum hominum à bono quispiam ccepto desistere debeat, vt etiam eo magis illi sit in via virtutum insistendum, maioriq; alacritate atque animo progrediendum.* Ex hoc namque improborum obloquio, velut certissimo indicio constat bonum hoc esse quod à multis impetitur, à Deo id esse oportet quod diabolo & mundo tam contrarium est, vt graue eis sit etiam

ad

videndum. (Sap. 2.) Hinc ille sibi interroganti: *Virtuti: ne via populari absterrear auram?* (sinistra) respondit: *Vrge iter vsque tuum, discerpant cætera venti*, hoc est, ne curaueris quid homines vani & ventosi dicent, testatum facient sanctum & diuinum esse quod ipsi ita auerfantur. Cùm cuidam philosopho diceret aliquis: *Malè de te loquuntur, credo, inquit, sed malè.* Aequè autem magnæ est laudis, & à bonis laudari, & à malis vituperari. Sene. *Malè displicere laudari est.* Rectum enim esse necessum est, quod cum torto & prauo non conuenit. Generosus caballus licet omnes totius plateæ atque oppidi canes eum allatrent, imperterrito suo atque animoso passu procedit contemptis omnibus, tantumq; abest vt propterea gradum figat, cceptumq; iter retexat turpiter, aut eo lentius prorepat, vt potius maiores animos induat, generosioriq; plausu tellurem pulset, iterq; suum conficiat per ipsum licet latrent canes, ferratosq; eius festentur & mordeant calces quousq; libebit, redeantq; sponte domum, dum

latrando mordendoque defessi sunt, ipse interim eos nihil moratur. Videasque canes eo etiam vehementius transeunti tibi oblatrare, diutiusque insequi. quo plus curaueris, sin negligas sponte tacent. Ita in bono proposito prosequendo contra hominum latratu cordato & Christiano faciendum. Etsi galline & gallus gallinaceus garritu & clamore omnia complent, tu tamen oua è nido in sinum colligere non desistis; cogitas enim, vestra vobis garrulitas permittitur, at mihi hæc oua cedent, vos quod vestri est muneris facitis, ego quod meo curo.

Titus Tacitus Merello sibi obtrectanti dicebat: facile est in me dicere, cum non sim responsurus. Tu didicisti maledicere, ego conscientia teste didici maledicta contemnere. Si tu linguæ tuæ dominus es, ut quicquid lubet effutias, ego aurium mearum sum dominus, ut quicquid obuenerit audiant inoffensa. Augustus Cæsar dicebat: Bene agere & audire malè regium esse, ac duplicis meriti, ex operis boni præstantia, & patientia linguæ maledicæ.

Tobias

Tobias (cap. 2.) propriæ vxoris exprobrationem, & petulantem in maledictis linguam toleranter audiuit, atque si ob operum misericordiæ laudabilem usum in cæcitatem incidisset, & ante luminis priuationem eadem & plures alij ipsi improperarant, non tamen propterea destiterat mortuos sepelire, pascere famelicos, mcestos consolari, & conceptiuus monita salutis dare.

Neque Iob à recto virtutum tramite deflexit, tamen si etiam ab amicis miris diceriorum modis lacefferetur.

Christus cum Iudæi infidias ei, & mortem aliquando molirentur, & blasphema lingua maledicerent, per medium illorum ibat, nobis exemplum præbens, ne vel latum unguem ob hominum maledicentiam à recto deflectamus.

Cæcus ille secus viam (Luc. 18) tantum abest, ut ob increpantis turbæ voces à cepta Christi inuocatione destiterit, ut etiã eo magis ac magis opera eius implorârît.

Cum Moyses ille Maurus ex latrone factus esset Monachus, propter contubernali-  
lium

P 7

lium oblocutionem ad pristina non rediit, sed plurimas illorum ad suum consilium pellexit. (Niceph. li. II. cap. 36.) Et S. Guilielmus à S. Bernard. ad vnionem Ecclesiæ reductus, & iam Eremita factus, ob mundi obloquia manum ab aratro Evangelico non remouit, sed contra quam plurimos ad sui imitationem permonit. vnde Ordo VVilhelmitarum anno Christi 1155. institutus est.

12. *Quà capitur specie qui sidera lumine vestit?*

Virtutum, argenti hæc radios præstinguit & auri.

#### CAPVT XCV.

### DE VOLVPTATIBVS.

1. *Quos dicit Seneca hilarem insaniam insanire?*

**Q**ui mente abiecta vel subuerfa voluptatibus se & delitiis mancipant.

2. *Quis hostis dicitur pudendus?*

Voluptas & vitia; hinc illud: Ne à pudendo vincaris hoste,

3 *QUAN-*

3. *Quando voluptates spectanda?*

Aristoteles respondit, cùm abeunt seu recedunt, tunc enim turpitudinem ac fœditatem suam produnt, cùm autem adueniunt delectant. hinc illud: *In voluptate dorsum non faciem.*

4. *Quæ sunt tria numina mundi?*

Ambitiosus honos, & opes, & fœda voluptas.

5. *Quid sunt deliciae ac voluptates?*

S. Chrysof. super Matth. Spinas esse asferit. Quare fugiendæ sunt ei qui noctem quietam, lætum que diei ac vitæ finem exoptat.

6. *Quomodo palatum in mundi amatoribus est corruptum?*

Sicut pisces marini salis aquis delectantur & enecantur dulcibus: ita homines mundi tanquam pisces maris huius amari gaudent mundi amaritudinibus, videntur que emoritur, si illis priuati melioribus lactentur. Roman. 8. *Qui secundum carnem*, &c. 1. Cor. 2. *animalia*, &c. Phil. 3.

*Que-*

Quorum finis interitus, &c. Simul cum mundi voluptatibus amaritudinem mortis æternæ deglutiunt. Si autem corallij instar (quod in mari herba est, & si ad aërem transferatur, lapidis firmitate solidatur) caput semel cœnoso hoc fœculentæ voluptatis gurgite efferentes puriori aëri, adeoque æthereæ auræ conantur inserere, è vili alga fierent corallium hominum oculis atque ipsi omnium creatori gratissimum.

CAPVT. XCVI.  
DE REBUS VARIIS.

1. *Quid consolabitur cacos?*

**S**ENE. in excerptis: Oculos te perdidisse ploras: Quam multis cupiditatibus uincisa est, quam multis rebus carebis, quas ne videres vel eruendi erant? Non intelligis partem innocentiaë esse cæcitatem? Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum quam concupiscat, &c.

2. *In quo est fons humana felicitatis & miseria?*  
In animo; qui cum tranquillus est, sua-

uisi-

uisimè agimur, cum commeretur insuauiusimus ut si fons turbetur, cœnosa est aqua: si quiescat, limpida & gustui grata: hinc illud symbolum: *Felicitas vnica in uis strepere.*

3. *Quid monet illud symbolum: Suspicionibus securis?*

Non indulgendum esse suspicionibus, nec leuiter eas esse auertendas, sed securibus rescindendas.

4. *Quid significat hoc: Nocere promptum, prodesse abstrusum?*

Nihil esse tam imbecillum quod non possit aliqua re nocere, sed prodesse difficillimum nec cuiusuis esse. Idcirco nemo explicare debet vires suas nocendo, (cum aranei morsus posset hominem necare) sed iuuando, quod diuinæ naturæ cognatum est.

5. *Cur nimia fiducia dicitur pedica?*

Quia facile decipitur, qui nimium fidi aliis, & qui nimium sibi ipsi, facile fit arrogans.

6. *Cur*



6. *Cur Christus vult ut simus prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae?*

Quia docet nos corde sapere, sed oculo in iudicando uti minime maligno aut vafro. Hinc symbolum illud: *Columba oculus in serpentino corde.*

7. *Quod est cor canum in iuuenili corpore?*

Prudentia senilis in iuuenta, cor enim sedes est ingenij & mentis.

8. *Quid, cor vel in corporeum firmum?*

Consilium magnas per se habet vires, etiam si corporeæ vires absint. Salust. & Cic. in Catone. Non viribus aut velocitate corporum res magnæ geruntur, sed consilio & autoritate, quæ rerum gerendarum est telum. Contrà symbolum illud: *Corpus excors fragile, docet verum esse quod asserit Cicero: nihil esse vires citra consilium.* Hora. Robur sine consilio mole ruit sua.

9. *Quid: Fideli nulla sera?*

Fideli nihil esse clausum, ut è contrario

rio

rio infideli nihil est satis clausum.

10. *Quid est, vbi vber ibi tuber?*

Commoditas omnis sua fert incommoda securum. Apuleius in Flor. Nihil homini tam prosperum diuinitus datum, quin tamen admistum sit aliquid difficultatis.

11. *Quid docet illud Hesiodi: Dimidium plus toto?*

Mediocritatem nimietate præstabiliorum esse, qui enim dimidio contentus est, is in medio consistit, Quid.

*Omnibus adde modum, modus est pulcherrima virtus.*

Thomas Morus:

*Ingratum est quicquid nimium est, sic semper amarum est.*

*Ut verbum vetus est, mel quoque si nimium est.*

Claud. *Viuitur exiguo melius.* Notum symbolum: *modica firma, immodica imbecilla, in omni enim vita res mediocres sunt stabiliores, quam vastæ ac immanes.*

12. *Quid*

12. Quid est, fastigio caput submitte?

Potentia cede, cum opulentiore aut maiore ne contendito.

13. Quid, oculum in metam?

Specta in omnibus rebus finem & exitum, ne presentibus periculose decipiaris.

14. Quid est populo, cede non pare?

Non est cum multitudine, bellua multiplici pugnandum, sed nec eius opinio- nibus adsentiendum.

15. Quid docet illud: Et pilo suo umbra?

Nullum essetam contemptibilem, qui non & prodesse in loco, & (quod facilius est) nocere possit, ideo nemo contemnen- dus.

16. Quis dicitur foris Argos vel lynx, domi talpa vel Tiresias?

Qui in alienis mirè oculati sunt, ad sua cæci. Argos centoculus fuit, talpa est cæca.

17. Quid docet illud: pertuso dolio nihil infundet?

Non dandum esse prodigo & profuso,

NEC

nec rimosæ auri & loquaci arcanum cre- dendum, nec cupiditatibus inseruiendum, nec insatiabilibus largiendum esse.

18. Quid faciem ne aperias?

Non esse exuendum tegumentum & velamentum faciei, verecundiam.

19. Quid, ingenium situ pereat, non sentibus?

Melius esse otium degere, quàm malis exercitamentis occupari. Nam ingenium rebus flagitiosis aut turpibus exercere, nõ est exercere, sed corrumpere.

20. Quis est Apostata?

Qui Christianismum suam quasi pedi- bus calcatur, sanctoque Spiritu à se abacto, spiritum nequam in se intromisit, ab Ec- clesia, à Deo extorris.

21. Quid docet adagium; Piscator ictus sapit?

Neminem facile secundò decipi: Nam dum volens hamo piscem capere, ipse im- prudens à serpente in calcaneo morderetur, cogitat apud se: aliàs ero circumspectior. Suo malo doctus in posterum sapit.

22. Di-

22. Dicuntne rectè heretici signum Crucis, seu signum Filij hominis, hoc est, Christi Iesu, valere ad muscas à facie vel cibo abigendas?

Beelzebub principem vel Regem aut dominum muscarum sonat, illarum scilicet, quæ suauitatem vnguenti Christianitatis exterminant, illis infernalibus muscis abigendis aptissimum flabrum & ventilabrum est crucis signaculum. Hæ muscæ crucem vt malam crucem oderunt.

23. Quid significat proverbium, Lotum gustauit?

Reperit quod optauit, resque ei successit ex voto, voluptate retentus est, inescatus est. Legimus enim illos, qui ab Vlysse in Africam missi fuerant, postquam dulces suaueolentesque fructus ex loco gustassent, fuisse oblitos redire in patriam. Homer. in Odyss.

24. Quid apud Terent. in Eunuch. Act. 2. scæ.  
4. Isthac in me cudecur faba?

Pro eo quod molior dabo pœnas, Nam  
scu-

scutica erat quædam corrigia, habens in summitate nodos quosdam in modum fabæ, & hæc erat pœna seruorum.

25. Quid proverbium: Si vultur es, cadauer expecta?


Hæredipeta, seu testamenti captator es, mortem eius expecta, cuius hæres esse speras.

26. Cui aui est rota in medio rota?

Pauoni est rota in medio magnæ & dilatatæ caudæ.

FINIS.





Seyan

m  
f  
f  
f  
e

f

Amendico 600 *62*

Gaspar *62*

Galateca mispoja

Gabriel  
Gaspar 16

*62*